

B. N. II, 123.

S. 30, 4.

X 1880722

I. N. J.



Disputatio Juris Publici,

DE

JURE PRÆSENTIÆ

CIRCA NEGOTIA IMPERII,

QUAM

FAVENTE TRIUNO,

AUCTORITATE

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,

IN FAMIGERATISSIMA AD VIADRUM ACADEMIA,

PRÆSIDE

Dn. SAMUELE STRYKIO, J.U.D.

COM. PALAT. CÆS. SERENISS. ac POTENTISS. ELECTO-

RI BRANDENB. A CONSILIIS, FACULT. JURID. ORDINAR.

& DECRETALIUM PROFESS. PUBLICO,

DOMINO PATRONO AC FAUTORE SUO

MULTIS NOMINIBUS DEVENERANDO,

IN ACROATERIO ICTORUM,


ANNO M. DC. LXXXIV. Ad D. IIX. MARTII, Horis Consuetis,

Placido Eruditorum Examine submittit

AUTOR

JOACHIMUS à Britzbaur /

EQVES MEGAPOLITAN.



FRANCOFURTI AD VIADRUM *Imprimebat* JOH. COE PSELIUS, Acad. Typ.





L
v
f
h
v
o
p
l
s
b
t
a
N
a
p
r
d
f
l
c
p
f



PRÆFATIO.

Præsentem ubivis venerari DEUM, res est, quæ Christianos quàm maximè decet. DEI vices in terris Princeps sustinet, quare probi Civis est, quicquid negotii in Republ. susceperit, tanta fide ac animi candore expedire, ac si præsentem ubiqve haberet Principem. Nexus enim ille, quo unumquemvis Subditorum constrictum tenet Princeps, nullibi otiosus est, nec ullam patitur exceptionem, sed ubiqve potius movet & urget conscientiam, & sanctam Imperantis inculcat venerationem; ut ita, licet conspectu Princeps absit, revelli tamen mentibus non debeat. At verò non omnium hic illibata Religio. Multos, professione tamen Christianos, in diem vivere advertes, quasi nec DEUS ullus, nec malorum vindex. Non pauciores pariter in Republ. videris, adeo securè, adeo oscitanter omnia peragentes, quasi ipsi rerum potirentur; & nulla Superiori aliquando reddenda ratio. Quare consultum omnino, ut Princeps quandoque Civium negotiis præsens sit, quo auctoritate sua frenum injiciat ausibus Subditorum, ne effrenata libidine, illa quæ publicis destinata commodis, in suam convertant utilitatem. Quantum aliàs in publicis belli pacisque negotiis, momentum adferat Principis præsentia, ex omnium confessione constat, ut hinc si ullibi, certè

certè hic juvet præsentia Turni. In Negotiis Imperium
universum concernentibus, eo major quandoque præ-
sentia habenda ratio, cum non ex unius arbitrio re-
rum summa dependeat, sed tot Imperii columina in
commune conferre teneantur, quæ ad stabiliendam
hanc Reipubl. compagem pertinebant. Quando verò
vel Imperatoris, vel Principum Imperii præsentia mo-
mentum faciat in negotiis Imperii, hæc illa materies
est, in qua tenuis ingenii experimentum facere libuit.
Cum enim Musis Viadrinis mihi valedicendum &
temporis hic loci impensi Specimen edendum, com-
moda mihi visa hæc Materies, cujus occasione potiora
Juris Publici themata lustrarem, & ex illis, quæ huc per-
tinebant, exciperem. Fateor, si ullibi, certè hic labi, &
facile, & periculosum: Sanctissima enim Principum hic
tanguntur Jura, quæ sine veneratione ne quidem cogi-
tanda, quicquid hic asserueris, vix extra periculum est,
cum in aliquam Imperii partem redundet incommo-
dum. Temperavi tamen ita calamum, ut in arduis
interdum utriusque partis fundamenta tantum retu-
lisse mihi suffecerit, Epicrisin prudentioris arbitrio
committens. Interim erratorum veniam mihi polli-
ceor eo certiozem, cum ea ætate adhuc vivam, quæ
Prætor lapsis non negat officium. A DEO O. M.
autem felicem laboris præstolor successum.

CAP. I.

CAP. I. DE PRÆSENTIA PRINCIPIS IN GENERE.

S U M M A R I A.

I ngressus.	n. 1.	Principi & subditis utile si ipse	
De vocabulo Juris & præsen-		in persona querelas eorum	
tia remissivè.	2. & 3.	audiat.	43. seqq.
Transitio.	4.	Exemplis illustratur,	51. seqq.
An expediat Principem adesse		Restrigitur.	65. 66.
subditis?	5.	Principis Majestati hodie non	
Negantium rationes.	6.	convenit, ut semper præsens	
Exempla.	7. & 8.	sit in Judiciis.	67.
Principes deformes caverunt		Exempla veterum	68. seqq.
conspectum hominum.	9.	Requisita boni Judicis.	77. seqq.
Exempla.	10. & 11.	Principi commodum, ut consul-	
Affirmantium sententia verior		tationibus præsentiam suam	
reputatur	12. seqq.	accommodet.	86. seqq.
Exemplis illustratur.	16. seqq.	Exemplum.	88.
Ministri Principum notantur.		Principis præsentia an expediat	
	18. seqq.	in Conviviis	91. seqq.
Exemplum adducitur.	23. seqq.	Exempla adducuntur.	99. seqq.
Præsentia Principis confert ad		An expediat præsentia Principis	
investigandos subditorum		in bello.	107. seqq.
mores.	30. seqq.	Exempla eorum Principum, qui	
Quidam Principes mutato ha-		in bello præsentibus fuerunt ad-	
bitu præsentibus adfuerunt, sub-		ducuntur.	122. seqq.
ditis.	38.	Restrictio.	128. seqq. 144. seqq.
Quod improbat a Politicis.		Exemplis illustratur.	136. seqq.
	39. seqq.	An Principi utile, ut præsens in-	
Exemplum.	41.	terfit	

<i>terfit negotiis pacis?</i>	149.	<i>di.</i>	172. <i>seqq.</i>
<i>Exemplis declaratur</i>	154. <i>seqq.</i>	<i>Præsentia Principis tollit omnes</i>	
<i>Præsentia Principum utilis est,</i>		<i>solemnitates Jur. Civilis.</i>	176.
<i>si pax per Legatos non possit</i>			<i>seqq.</i>
<i>confici.</i>	160.	<i>Exemplis hoc demonstratur.</i>	179.
<i>Ubi certæ cautela adhibendæ.</i>		<i>Extensio</i>	183. <i>seqq.</i>
	61.	<i>Præsentia Principis auget deli-</i>	
<i>Exempla.</i>	162. <i>seqq.</i>	<i>ctum.</i>	193.
<i>In conventu duorum Principum</i>		<i>Extenditur.</i>	195. <i>seqq.</i>
<i>dignior primus ad constitu-</i>		<i>Pœna delinquentium.</i>	196.
<i>tum locum venire solet.</i>	165.	<i>Exemplum.</i>	200.
<i>Illustratur exemplis.</i>	166. <i>seqq.</i>	<i>Praxis Germaniæ adducitur.</i>	
<i>Legati non nunquam mitten-</i>			206.

1. **O**Rdine omnia fieri debere & decenter, non solum sacra pagina monet, verum etiam usus ipse edocet, quippe qui observatus, cum ad rei, de qua agitur, cognitionem & intelligentiam quam maxime facit. Harprecht. *in Comm. ad Inst. ad. pr. tit. d. oblig. quæ ex delicto nos. n. 1.* tum etiam memoriam, quæ alioquin fragilis est, & infirma, nec omnia retinere potest, *arg. l. Si arbiter. 28. ff. de Probat. d. l. 44. ff. d. A. P.* plurimum juvat artificioseque informat.

Itaque quod multis non inconcinnè familiare est disquirere, prius de vocabulorum circa quæ versantur origine, tum Etymologia, & definitione, me quoque simili methodo procedere moneret, nisi jam thematis mei voces partim claras, & omnibus satis notas, partim ab aliis jam fusè enodatas, per-
2. spectas haberem. Juris enim vocabulum, & quid circa illud notandum, in omnium ferè libellis, qui vel de Justitia aliquid scripserunt, vel ad Digesta commentati sunt, satis explicatum, uti videri possunt inter illos, qui mihi ad manus sunt, Scot. *in Exam. Jurid. tit. d. Just. & Ju. qu. 9. p. m. 3.* Strauch.

in Dissert. Justin. disp. 1. §. 1. & quæ ibi not. à Dno. Præside. Dn. Ericus Maurit. in specim. Jur. Publ. C. 1. qv. 2. Præsencia verò 3. ejusdemque Definitio amplissimè deducta in Disp. non ita pridem habita de Jure præsencia sub eodem Dno. Præside Cap. 2.

Ne ergo sic actum agam, aliorumque labores meos faciam, qui de singulis videre cupiunt ad laudatos Autores dictamque Disp. brevitatis causa remitto, & potius missis omnibus ambagibus ad Caput nostrum, in quo de Præsencia Principis in genere acturus sum, pervenio. 4.

Ubi statim ab initio licet disquirere, Principem, quem 5. Supremus omnium rerum moderator, multis præfecit hominibus, an expediat adesse subditis suis, ut cernat eorum mores, vitia, & virtutes, ut inde præmia pœnasque pro cujusque merito distribuere possit? Multi hoc negant, putantes, Principis 6. autoritatem, utpote quæ potissimum consistat in metu, non parùm minui, si se sæpius ostendet subditis, cum iisque conversetur. Continuus enim aspectus teste Liv. L. 35. c. 10. minus verendos homines ipsa satietate facit, parisque familiaritas contemptum, raritas admirationem parit. Maxime vero quicquid in excelso culmine positum est, humili & trita consuetudine quò sit venerabilius, convenit. Val. Maxim. L. 2. c. 6. Sic à nonnullis hoc observatum historia testis est. Ita enim Pericles Dux Atheniensium, & summus simul sui temporis Rhetor, per intervalla in concionem venit, non quacunque occasione oblata orationem habens, sed tum demum sui copiam faciens, cum magna aliqua res operam ipsius requireret. vid. Plutarch. in vita ejus. Hodie etiam adhuc apud 8. Chineses usu receptum, Imperatorem eorum se quam rarissimè populo conspectui præbere, & inde sæpiùs fit, populum latere mortem Imperatoris sui, ut post aliquot menses, imò interdum annos demum illam rescilcant, de quo testis est Hap- pel. in seinem Asiatischen Onogambo c. 15. De Indiæ Regibus proditum est, quod domesticus aliquis, nam alienis capitale est, ex abditis locis arundine ori admota illos solet convenire. Et hoc omne ad autoritatem sibi conservandam interdum non inutile.

- 4
- 9 Præcipuè verò hi Principes quàm maximè caverunt conspectum hominum, qui deformitate aliqua corporis laborarunt, ab illa quippe oritur contemptus, odium, & ex hoc Majestati detrimentum non leve accedit, in hoc enim Principe quisque vilissimus homo omne judicium suum exercet, in illo deridens, quicquid sibi melius inesse putarit, quamvis minus rectè.
- 10 Unde inter diuturnas Tiberii absentiaè causas, qui undecim vitæ postremis annis nunquam Romam rediit, & hanc commemorant. In senectute enim corporis habitus ei pudori fuit, quippe illi prægracilis, & incurvata Proceritas, nudus capillo vertex, & ulcerosa facies, uti refert Tac. *L. IV. Annal.* Galbæ quoque senilis macilento corpore tenuitas, vilipendium & exitium maturavit annotante eodem Tac. *d. l.*
- 12 Quicquid autem hoc sit, minimè tamen me movere potest, quin non potius contraſentientibus accedam, illorumque;
- 13 ſententiæ adſtipuler. Quemadmodum enim Deus nunquam conqueſcit, & ſemper rebus adest: ita quoque Principes tanquam Dii in terris, præſentiam ſuam provincialibus non ſubtrahant, ſed per hoc ſubditis ſe gratos reddant; noſcere enim poſſunt eorum obſeqvia, magistratum ingenia, audire querelas, componere turbas, dicente Forſt. *ad L. 15. Annal. Tac. l. 21.* Quod non tantum conſultum, ſed & ſi officio ſuo ſatisfacere velint Principes, neceſſarium exiſtimat idem
- 14 Forſtner. *c. l.* Principes enim qui intra Palatia ſua delitiis dediti, vel cogitatione rerum ſublimium occupati, non niſi familiares ad ſe admittunt, ne illa quidem quæ in ipſis emendatione indigent, nedum quæ in rebus publicis medicinam
- 16 flagitant, norunt, & Barbarorum eſt, dicente Henrico III. Rege Galliaè, qui ut Majestatem ſervent, populi conſpectum fugiunt. Gvevara *in Horolog. Princip. L. 3. c. 6.* Id evitarunt maxime Ferdinandus Catholicus Hispaniarum Rex, & Carolus V. Imperator qui non in Palatiis delituerunt, venalemque expoſuerunt ſuam præſentiam, & non tantum ſumma humanitate ſemper ſubditis interſuerunt, ſed etiam quo eo melius perditis rebus,

bus, suppressisqve in variis suis Provinciis opem ferre possent, Aulam certo loco firmam & stabilem non habuerunt, quo factum ut res maxumas Ipsi conficerent, quas per Ministros suos minimè potuissent.

Illi enim nonnunquam avaritiæ & superbiæ dediti fœ- 18
 dissimas tempestates concitarunt, freti propter absentiam Prin-
 cipis spe immunitatis, & utut sint gnavi satis & solliciti, quod 19
 interesse sui Principalis quavis data occasione observent, nun-
 quam tamen id efficiunt, quod efficeret ipse Princeps, si coram
 præsens adesset, quia aut mandata iis desunt, quæ dum ab 20
 Aula & Principe expectant, optima rerum gerendarum la-
 bitur occasio, aut facultas tanta autoritate res administrandi,
 ac si Princeps præsto esset. vid. Savedra. *Symb. 16.*

Non bene gubernatur status per aliorum relationes, ac 21
 propterea suadet Salomon prudentissimus Regum. *Sap. 6. v. 3.*
 ut Principes ipsi subditis aures accommodent, hoc enim ad 22
 illorum pertinet officium & apud ipsos, non eorum Ministros est
 assistentia divina. *ibid. v. 4.* quæ comitatur solum Sceptrum,
 Imo divinitas quædam, quæ Principes futura provident, ipsis
 tribuitur *Prov. 16. v. 10.* ut nec in iis, quæ oculis vident, vel au-
 ribus percipiunt, falli queant. Reprehenditur eo nomine, 23
 à nonnullis Philippus II. Hispaniarum Rex, qui toto guber-
 nationis suæ tempore vix unquam Madrito pedem extulit, aut
 si hoc factum aliquando, certè non longè ab Aula discessit.
 vid. Savedra *c. l. §. 1. in f.* quod etiam testatus fuit filius ejus Ca- 24
 rolus (quem postea ob certas causas carceri inclusum fame,
 necavit) qui confecto libello patris itinera describere præ se
 ferebat, & nihil aliud consignavit, quàm ut in prima pag.
 scriberet: Philippi II. Regis Hisp. iter à Madrito versus Escuria-
 le, in secunda iter ab Escuriali versus Madritum, in tertia
 iterum à Madrito versus Escuriale, & ita deinceps omnes pa-
 ginas his itineribus complevit. Vid. *Libellum Germ. Prinß
 Carls in Spanien Liebes, Lebens, und Todes, Geschichte.* quo in- 25
 cusare sine dubio voluit Patris sui negligentiam in visitandis
 provinciis, utpote qui potius quieti deditus omnia ministris 26
 admini-



27 administranda concessit. Unde tot motus sæpius exstiterunt
 28 in Regno Neapolitano, Ducatu Mediolanensi, imo ex causis
 fuit, quod Provinciæ Belgicæ defectionem meditata fuerint;
 cum enim à Ministris ambitione, avaritia, & sævitia la-
 borantibus, ut in Albano videre est, pessimè multa gereren-
 tur, neque Rex ipse præsentia sua corruptis rebus mederi vel-
 let, cum tamen posset, sed potius Ministrorum sinistris relatio-
 nibus omnia tribueret, ut inquit Famianus Strad. *de Bello Belg.*
 L. 4. Provinciæ illæ, cum nullum à Principe remedium spe-
 rarent, in armis tandem fiduciam omnem positam habebant,
 29 seque eximebant Hispanorum Imperio. Est hoc oculare exem-
 plum, quantum sibi suisque rebus Principes præsentia sua inter
 subditos consulere possint.

30 Præterea non parùm juvat Principis inter subditos
 Præsentia ad investigandos sibi subjectorum naturam & mores,
 ut sciat, quæ LL. populo congruant, & quis cuique regioni sta-
 31 tus conveniat, cum de omnibus Rerumpubl. arcanis nullum
 majus credatur, quàm ad varios mores & naturas hominum
 LL. congruentes accommodare, teste Bodino *d. Republ. L. 5.*
n. 494. & ex eo Hippol. à Collibus in Tr. d. Princip. c. 8. & in
 32 *Addit. Lit. A.* Non enim recte præesse Reipubl. potest Prin-
 cept, nisi exactam habeat omnium ejus partium notitiam. Gue-
 var. *in Horol. Princip. L. 1. c. 37.* Ut noscat etiam virtutes à
 33 vitiis secernere, quò non semper ad exteriora personarum respi-
 ciat, sed animos & internos hominum mores notos habeat,
 quo virtuosos præmiis afficere, vitiosos pœnis deterrere
 possit.

34 Quemadmodum enim ii, qui pingendi artem non intel-
 ligunt, diversicolore opere magis oblectantur, quàm excel-
 lenti quavis pictura, sic plerique Principes, qui mores homi-
 num non perspectos habent, ex eleganti statura & exteriori-
 bus potius, quàm ex vera virtute judicant, & si fortè aliquem
 tanquam summum virum laudari audiverint, sæpius accidit,
 ut videntes ipsū aut statura turpem, aut vestibus inornatum eo
 minoris faciant, virtutem pulchritudine & fortuna metien-
 tes.

tes, dicente Tac. L. 17. *Annal.* cum tamen sæpius in defor- 35
 mibus viris optimi virtutum thesauri delitescant. Sic Han- 36
 nibal fuit brevi statura, luscus & pede claudus, & tamen res
 maxima virtute gessit. Neque Agesilaus Spartanorum Rex 37
 eam virtutum expectationem, quibus insignis erat, ex statura
 præ se ferebat, claudus namque pede, & cæteroquin deformis
 erat, inde cum proficisceretur in subsidium Regi Ægyptio-
 rum, & Rex eum videret, non poterat sibi persuadere de tantis
 viri virtutibus, sed potius irridebat ipsum tanquam hominem
 ratione destitutum, usurpans illud Æsopi: Parturiunt montes
 &c. *vid. Scip. Amirat. in Tac. Discurs. 9. ad L. 13. Annal.*

Quibusdam Principibus probatum nonnunquam fuit mu- 38
 tato habitu ac dissimulata persona interesse conventibus civi-
 um suorum, quò eo melius qui de se, qui de ministris sermones
 ferantur, expiscari possint, verum, cum hæc res periculo non 39
 careat, à multis Politicis improbatur. *vid. Forstnerus ad L. 2.*
Annal. Tac. p. m. 160. Omnibus enim periculis eo modo ac
 alius privatus obnoxius, cum propter ignorantiam facillime
 à quovis foedissimo homine, injuriis possit affici, ut sic ejus Ma-
 jestas, quæ sancta semper esse debet, conspurcetur. Cum notum 40
 sit, qui alias mutato vestitu incedit, si ab alio injuria afficiatur,
 de Jure Civil. non possit Injuriarum agere. *arg. l. 15. §. 15.*
ff. d. Injur. De Christierno Rege Daniæ notavit historia, quod 41
 aliquando mutato habitu venerit ad pagum, ubi conventum
 habebant rustici, & cum ad illum quoque invitatus ignotus
 Rex se sisteret, forte fortuna cum rustico quodam in rixas
 incidit, ita ut etiam à verbis ad verbera devenirent, ubi à temu-
 lentis rusticis fere oppressus fuit & sensit, quantum periculum
 sibi ex mutatione hac creasset. Deducto igitur satis, Prin- 42
 cipi consultum imo pene necessarium, præsentia sua interesse
 subditis.

Exinde ultro sequitur non tantum Principi, sed & subdi-
 tis utile esse, ut querelas eorum in persona audiat. Potest 43
 enim hoc modo oppressis juvari, divitumque, qui alias paupe-
 res flocci penderent, potentia restringi, & sic quisque in officio

contine-

- 44 contineri. Huc facit quod habet Reink. in der Bibl. Politey. L. 2. ax. 47. Ein Regent und Herr sol willig und unverdrossen seyn/ seinen Ständen und Unterthanen audientz zu geben/ ihre Beschwerden willig / gnädig / und geduldig zu hören/ auch die geringen und Armen / quod etiam innuere voluit Syr. c. 4. v. 8. & 10.
- 45 Non solum iniquum, verò etiam ad vulgum odiosum est, si
- 46 Princeps audientiam deneget, ubi enim fores Princeps subditis claudit, ibi viscera subditi Dominis non aperiunt, dicente Gvevara in *Horolog. Princip. L. 1. c. 37.* Multarum sæpius in Republ. offensionum causa fuit, negata subditis à Principe audientia. Gvevar. *d. l.* & mirandum non est, si qui difficiles & morosi sint, ut ex facili in odium suorum incidant & contemptum. Quemadmodum de Demetrio Rege Syriæ legimus, qui quod libellos supplices respueret, seditionis causam præbuit, unde factum postea, ut ipse Regno exigeretur.
- 48 Sic Julius Cæsar virtute aliàs excellentissimus, ad fastigium Imperii evectus adeuntibus difficiliorem se præbuit, unde quod quendam obvium, qui insidias à Bruto & consortibus structas indicare volebat, non admitteret, & libellum insidiarum indicem ab eo porrectum non legeret, tribus & viginti plagis in curia confossus est.
- 49 Ut igitur faciles sint Principes in audiendis subditorum querelis, maxime è re ipsorum est, cum, quod antea, dixi maxime eo ipso sibi animos subditorum devinctos reddere possint.
- 50 Animo quippe curis anxio molestiisque affecto non mediocris contingit levatio, si audiatur à Principe, *Guevara. d. l. 1. c. 37.* Observarunt hoc magni nominis Principes, qui maxima humanitate & patientia subditis benevolas aures præbuerunt, bene conscii, quòd maximum regiminis fulcrum, (populi favorem sc.) inde consequerentur. Sic Trajanus Imperator, cum jam conscendisset equum in bellum iturus, tantum ad audiendam foeminae pauperulae querelam ex equo descendit, quod magnæ ipsi apud Romanos laudi fuit. Marcus Aurelius Imperator omnibus ita familiarem se præbuisse legitur, ut nunquam domi suæ admissionum Magistro aut Cubiculario
- usus

usus sit. Artaxerxes Cyri Regis Persarum frater, non solum 54
 se ipsum affabilem præbuit adire volentibus, verum uxorem,
 quoque jussit sublatis plagulis vehi, ut iis qui eam conventam
 vellent, etiam in itinere libere pateret copia adeundi. Age- 55
 filaus Lacedæmoniorum Rex impense gaudebat, cum celerrimè
 desideriiis adeuntium se satisfacisse cerneret. Augustus Cæsar 56
 tanta comitate adeuntium desideria excipiebat, ut quendam
 joco reprehenderit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret,
 quasi elephantò stipem. Ad M. Antoninum Pium, adeo pro- 57
 miscuus erat aditus, ut non fortuna, non deformitas, non ino-
 pia, quæmpiam excluderet. Constantinus M. non solum fores 58
 suas cuilibet patere voluit, verum etiam ad Officiales Præsi-
 desque suos liberi ut essent aditus sancita lege procuravit,
 inquam non sit venale Judiciis velum, non ingressus redem-
 pti, non visio ipsius Præsidis cum pretio, æque aures Judican-
 tis pauperrimis ac divitibus referentur. Quorsum perti-
 net *L. 19. pr. ff. de offic. Præs.* ubi jus reddenti injungitur, ut in
 adeundo facilem se præbeat. Principes quoque sacri ut ha- 59
 beant exemplum, proponant sibi Ambrosium Mediolanensem
 Episcopum, qui in omnibus ita se paratum exhibuit, ut ne-
 mini ad eum aditus esset interclusus, fores semper paterent, ita
 ut non esset cubiculariorum officium requirendum, ut ali-
 quem ad illum ducerent. Qui plura exempla desiderat, vid.
Agapet. Schedam. Regiam. Aphor. 8.

Non opus fuisset detinere nos circa illa vetera & Ro- 60
 mana exempla, cum sese nobis recentiora & ad Statum no-
 strum accommodatiora offerant. Præclarum enim est Ferdi- 61
 nandi Imperatoris factum, qui clementer audivit omnes, &
 cum aliquando quidam ex Ministris abegisset vetulam ab a-
 ditu Imperatoris, & ipse forte hoc conspexisset, dixit: Noli
 arcere pauperes ab aditu ad nos, nam si eos audire nolueri-
 mus, Deus vicissim non admittet ad se, nec audiet nos, &
 propterea revocavit ad se vetulam. *Seln. in Gen. cap. 47 p. 772.*
 De Maximiliano II. refert Lipsius *præfat. in Tac.* Quod admissi 62
 fuerint ad sermones Imperatoris privati cum Principibus, pa-

gani cum militibus, divites cum pauperibus, quos non solum
 omnes patienter audiebat, sed interdum manu & vultu ipso,
 si quos fortè propter Majestatem & splendorem metus ince-
 63 ferat, ut proferrent, quæ haberent, invitabat. Laudabiliter
 admodum etiam Henricus III. Galliarum Rex anno 1579. pa-
 lam edicto promulgavit, quoties à gravioribus Reipubl. nego-
 tiis otium sibi superesset, præsto se fore in audiendis subdito-
 64 rum postulationibus. Quemadmodum hæc olim laudabiliter
 fecerunt illi, ita neutiqvam nostris Principibus hæc gloria eri-
 pienda, cum nullus sit eorum qui non facillimum ad se adi-
 65 tum subditis concedat, si modo idoneè postuletur, nam sub-
 diti non de quavis levi & minutissima causa adeant Principem,
 sed prius tentent vel amicabilem compositionem, vel mini-
 66 strorum, qui ad id dati sunt auxilium, quo Principi non de
 minutissimis, & ridiculis sæpius facessant negotium, ne à se-
 riis Reipubl. negotiis, quæ universorum utilitati prodesse possint
 per ludicra illa abstrahatur. vid. Agapet. *Scheda reg. Aphor. 8.*
 67 Principem quoque semper Judiciis interesse, & pro tri-
 tribunali Jus dicere, nequaquam Majestati ejus conveniens est,
 & quamvis summi Magistratus officium sit Jus reddere, & ju-
 sta populo decernere. *Esa. i. v. 17. can. Regum 23. causa 23.*
 68 *qv. 5.* quod etiam in persona fecisse legimus. Augustum Cæ-
 69 sarem, Svet. *in August. c. 33.* Vespasianum, Svet. *in Vesp. c. 28.*
 70 Dagobertum Francorum Regem, qui urbes circumiens Jus ipse
 71 dicebat. *P. Emil. L. 1. Hist. Franc.* Tamen multitudine li-
 tium ingravescente, per summum Principem omnia expediri
 72 nequeunt, utpote qui partim oneri huic impar esset, quod te-
 73 statur Jetro Socer Moïsis. *Exod. 18. v. 18.* Et Moïses ipse de
 hac re querulans implorabat Deum, ut adjungeret sibi qui au-
 xilio adessent, quod etiam factum. *Num. 11. v. 11. 17.* par-
 74 tim etiam gravioribus Reipubl. negotiis subtraheretur, cum
 curam Principis publ. res, non privatorum litigia exposcant,
 75 dicente Forstn. *in notis Polit. ad L. 2. Annal. Tac.* Itaque ne Ju-
 stitia planè negligatur, sed bene subditis administretur necessum
 fuit Judices introducere, qui essent Principis loco, ad quos pri-
 vati

vati confugiant, modo Principes interdum, si illi nequa- 76
quam Justitiam administrent, & ipsos judicent, vid. Forstn.
d. l. p. m. 114.

Judex ergo quia Principe datus, ut Justitiæ præsit, ante o- 77
mnia sit vir bonus, uti passim vocatur in Jure nostro *l. 137.*
§. 2. ff. d. V. O. l. 18. ff. Judic. solv. cum enim ille qui Justitiam
administret, sit & vocetur Sacerdos Justitiæ *l. 1. §. 1. ff. de Just.*
& Jure. atque ita Justitia ejusque administratio, res sit non
solum inæstimabilis, sed & sanctissima, *l. 1. §. 5. ff. d. Extraord.*
cognit. Ideo illa cum scelerato homine commercium habere
non potest. *Cap. Forum. 10. in f. X. de V. S.* Ipsi enim mundi esse
debent qui aliorum vitia corrigere volunt, *c. 3. causa 3. qv. 7.*
in f. In specie autem requiritur in iis, qui administrationi
Justitiæ præsumt, ut sint Viri sapientes. *vid. R. I. d. anno 78*
1570. §. Daenle aber die Unterthanen. p. m. 613. Timentes Deum
Exod. 18. v. 21. Nov. 30. c. 7. Præditi scientia Juris, ne volunta- 79
te magis, quam legitima autoritate lites dirimantur, quemad-
modum olim ob inscitiam factum, uti videre est *ex §. 17. L. 2. C. d.*
Vet. Jur. E nuc. Quomodo enim Jus ac Justitiam rectè distri- 80
buere poterunt, qui Jus ignorant, quoniam ignorantia Mater
omnium errorum est. *can. Ignorantia. 1. dist. 38.*

Experientia callentes, qui enim administrationi Justitiæ 81
præficiuntur, non tantum doctrina L. L., sed & experientia
pollere debent. *Vid. Const. d. Justin. Cod. confirm. §. 1.* Præsertim
in cognoscendis atq; dijudicandis causis dubiis, usu quodam &
peritia opus est, uti loquitur Hugo Grot. *de Jure B. ac P. L. 2.*
c. 23. §. 4. Hinc & LL. & rerum imperiti indigni censentur
officio Judicis *Nov. 82. pr.* Quæ etiam peritia in Cameralibus
requiritur. *in Ord. Cam. P. 1. tit. 3. & 4.* Imprimis verò Judex 82
debet esse purus & incorruptibilis, qui oderit avaritiam. *Exod.*
18. v. 21. Sit præterea vir gravis & constans, siquidem ob va- 83
rietatem Judici erubescendum est. *l. fin. §. ult. C. d. Modo mult.*
que à Judice add. l. 15. C. d. Pænis. Ut in cognoscendo non ex-
candescat adversus eos, quos malos putat, neque precibus ca-
lamitosorum illachrymetur. *l. 19. §. 1. ff. d. Off. Presidis.*

- 84 Sit & diligens: Tenetur quidem quisque in officio diligentiam præstare, maximè verò is, qui Justitiæ præest, vid. *L. un. C. d. Off. Com. Sacr. larg.* Si quidem varia incommoda ex negligentia oriuntur, qui autem aliquid præcavere potest, & per negligentiam omittit, culpæ reus est. *l. 14. in fin. ff. d. Off. Præsid.*
- 85 Plura adhuc sunt, quæ boni Judicis officium absolvunt, verùm quoniam hæc non sunt hujus loci, neq; instituti nostri ratio permittit ulterius à scopo digredi, ideoque qui plura videre cupit, inspiciat Gabriel. Alvarez. de Velasco in *Tr. de Judice perfecto c. 1. sqq.* Dn. Ziegler. in *Dicastic.*
- 86 Uti autem de Judiciis, sic non de consultationibus Judicant Politici, censent enim maxime commodum & proficuum Principi esse, hisce præsentiam suam accommodare, ita
- 87 enim fit, ut Senatores & Consiliarii, qui Principem assiduè intuentur, in officio contineantur, ne quid Statui Principis adversum suscipiant. Bodin. *d. Republ. L. 3. c. 1.* Sic Turcarum
- 88 Imperator rarius quidem Senatui interesse consuevit, sed in teriore velo secretus consistit, aut ad minimum à Bassis consistere putatur, ut omnes omnium sententias audire, gestus etiam uniuscujusque liberè contemplari possit Busbeqv. *Legat. Turc. Epist. 1.* Et sane par est, Regem præsentem adesse consultationibus, nam præter illam rationem, quæ jam adducta, melius ingenium Consiliariorum suorum audiendis eorum sententiis perspiciet, & cui rei sit quisque magis aptus percognoscet, causam etiam ipsam de qua agitur plenius & uberius intelliget. Forstner. in *Not. Polit. ad Tac. L. 15. Annal. p. m. 201. conf. Lentulus in Aula Tiber. tb. 76. p. m. 65.*
- 90 A Consultationibus ad convivia devenimus & quoniam nostri temporis praxin non inutilem videmus, forte non inju-
- 91 ndum erit movere controversiam, An expediat Principem
- 92 interesse conviviis? Et quidem ad honesta Convivia accedere, quod cuivis privato liberum, Principi minime erit denegandum. Fecit hoc ipse Salyator Christus, qui à Phariseo invitatus
- 93 comparuit. *Luc. 14. v. 1.* Pii Reges, David. *2. Sam. 3. v. 20.* & Salomon *1. Reg. 3. v. 15.* Utile quoque est hoc Principi, ut
- 94 videre

videre possit luxum sæpius in conviviis adhiberi solitum, ut 96
 eo meliùs Ordinationes politicas huic rei accommodatas fer-
 re possit, ne nimis subditorum exhauriantur opes, dum glo-
 riam exinde captantes, nimium student commessationibus,
 & majores quam sæpe facultates eorum patiuntur, impen-
 dunt apparatus. E re enim Principis est, subditos habere di-
 vites.

De Conviviis verò Principum cum aliis Principibus for- 97
 tè aliter statuendum esset, periculosa enim nonnunquam sunt
 illa convivia, unde Princeps nunquam se illius, cujus mores 98
 & amicitiam non interne & ex longa consuetudine exploravit,
 conviviis confidat, utuntur enim nonnunquam illis reticulis
 inimici ad perdendum. vid. Spreng. in Tac. Axiom. L. 1. c. 36.
 Sic Artabanus Parthes Imperii avidus, Abdum à quo plurimum 99
 sentiebat obstaculi, specie amicitiae ad epulas vocatum, lento
 illigavit veneno. Tac. L. 6. Annal. c. 31. Cotys Rex Thraciae 100
 à Rhescuporide consorte Regni, ad componenda dissidia, quæ
 inter ipsos extiterant, ad convivium invitatus, tractaque in
 multam noctem lætitia per epulas & vinolentiam incautum
 Cotyn catenis oneravit, nec multo post occidit. Tac. L. 2.
 Annal. c. 66. Philippus Gener Simeonis summi Judæorum, 101
 Ducis, invitabat ad convivium Socerum, & cum incaluisset
 mero, ipsum è medio sustulit. 1. Macab. 16. v. 11. seqq. Re- 102
 centiora adhuc exempla non ignota sunt. Ita Admiralius 103
 Franciæ Colignius, Caput Reformatorum, vocatus ad conviviũ
 & nuptias Henrici Navarræi, quas celebrabat cum Margare-
 tha Caroli Regis Galliæ sorore, ast in iis comparens occi-
 sus fuit, hocque fuit initium Lanienæ Parisiensis. vid. Strad.
 d. Bello Belg. L. 7. Quid ante annos non ita multos in Holsa- 104
 tia contigerit, cum nemini ignotum sit, hic adducere non lu-
 bet. Ex his igitur exemplis per se patescit, quam periculosum 105
 sæpe sit Principibus, committere se conviviis illorum, quibus non
 adeo tuta fides adhibenda.

Cognita in præcedentibus Principis prudentia, quæ præcipue 106
 consistebat in explorandis subditorum moribus & natura, jam

- agemus de fortitudine ejus & quidem in specie bellica : videbi-
- 107 mus itaque num expediat Præsentia Principis in bello & præliis?
- 108 Et quidem in occasionibus belli magis consultum videtur, ut
Princeps ipse coram iis intersit & ducat suos, maxime si belli-
- 109 *Symb. 86.* Quæ enim alia Reipubl. causa fuit, quærendi sibi
unum aliquem, nisi ut se hujus curæ, studio industriæ, labori
- 110 diligentiaque committeret, eo Populus Israeliticus potissi-
mum respexit, cum à Samuele poscerent Regem, ut esset ni-
mirum, qui ante eos egrederetur, & pugnaret pro iis. *1. Reg. Cap.*
- 111 *8. v. 19. & 20.* Et si Princeps existit propter reipubl. commo-
ditatem, & bellum ejusdem ob causam suscipiendum, certe
negligens sit ipse, si cum universa republ. nolit in bellum de-
- 112 scendere; Præterea cum Exercitui Princeps ipse præest, auto-
ritate tueri disciplinam atque ordinem militum potest com-
modius; tum nulla seditionis atque militaris tumultus tanta
- 113 est licentia, quanta si absit, omnibus item animi Robur, eo
præsentem ad virtutem inflammatur, & Generosos spiritus & al-
tas suscitatur cogitationes in animis militum, si Principem, cujus
- 114 est conferre præmia, factorum suorum spectatorem & testem
habeant; Hac re fortudinem suorum Hannibal incitabat, ne-
mo vestrum est aiebat, cujus non idem ego spectator & testis,
- 115 notata temporibus locisque possim referre decora. *Liv. L. 2.*
- 116 Majori insuper cura milites singulos & universam Exercitus
salutem conservat Princeps, quam alias quisquam, ut
- 117 cujus agitur majus incommodum, & majus periculum. Et
quando Princeps ipse in bello præsens magna sæpe patrantur
facinora, quæ in ejus absentia nemo attentare quidem aude-
- 118 ret, opus enim non est ab Aula expectare mandata, quæ dum seri-
us afferuntur, plerumque perit rerum bene gerendarum,
ocasio. vid. *Saved. cit. l.* Præsentia adhuc Principis in bello
- 119 animos addit militibus, & virtutum accendit stimulos, pluri-
mumque confert ad summam victoriæ. Certissimum enim est
Principis præsentiam Exercitus fugam sæpenumero repressis-
se, victoriæque causam dedisse, milites enim vel metu pœnæ,
vel

vel spe præmiorum, sub oculis Principis operam suam egregie navare nituntur. vid. Canonherius in *Discurs. Polit. ad Annal. Tac. L. 1. p. m. 173.* Unde *Virg.*

Urget opus, inquit præsentia Turni.

Lacædemonii existimabant Reges Infantes id præstare etiam in cunis, & ideo ad prælia eos una secum deportabant. Alexander M. semper bellis suis interfuit, & præsentia sua milites ad subeunda pericula alacriores reddidit, sæpe etiam pedes ante suorum agmina incedebat, quo milites ac Duces exemplo suo ærumnas & labores levius ferre discerent, erigebat enim suorum animos ponendo iis ob oculos quod primus sese periculis objiceret. Curt. L. IIX. Nostro quoque ævo, ne longius abeamus præstitit, hoc quoque Henricus IV. Gallia & Navarra Rex, qui, ut notum, magna felicitate gessit, semperque præliis interfuit. Magnus ille Gustavus Adolphus Svecorum Rex, quantas sua præsentia res confecerit, neminem fugit, in omnibus enim præliis non stetit post principia, sed ipse ducens Exercitum, cunctis militibus conspectus fuit, quo factum ut militibus cor leoninum accederet, ut enim Regem facere videbant, ita ii sequebantur; quapropter progressus tanta fortitudine ac prudentia multis Seculis inauditos fecit, ut si non anteferendus tamen ad minimum æquiparandus videatur Alexandro M. Plura adhuc exempla se ante oculos stiterunt in jam transacto bello, uti videre est ex Regibus Sveciæ & Daniæ, qui ipsi prælio interfuerunt. Quantum etiam momentum felicitati hodierni Serenissimi Electoris Brandenb. Frid. Wilhelmi, in nupero bello contra Svecos, addiderit ejus præsentia, omnibus ita notum quam quod notissimum. Politici vero non consultum ducunt, ubi Princeps extra Civitatem ad bellum proficiscitur, Potentes domi relinquere, ne inter eos quis, ubi res extra male cadit favorem populi ad inquietandum Principem sibi conciliet. Unde nonnulli hoc suadent stratagemate utendum Principi, ut sub olem Procerum specie honoris secum ad bellum ducat, si enim quasi obsides sunt fidei paternæ. vid. Spreng. in *Tac. Axiom.*

- 128 L. 2. c. 7. Omnia autem hæc quæ adducta sunt, non ita intelli-
 129 genda, quasi Princeps, sine discrimine omnibus occasionibus
 præsentiam non requirunt. *Lent. in Aul. Tiber. tb. 87.* quæ enim
 130 salvo rerum statu per Duces confici possunt, graviorum re-
 rum cura Principem non eripiant, minimeque moveat.
 Principem unius Civitatis jactura, ut ipse ad bellum se accin-
 gat, & aulam suam deserat, unde in omnia reliqua manat
 regimen, uti excusat Tiberius suam absentiam in tumultibus
 131 Germaniæ, vid. Tac. L. 3. *Annal.* Duces enim facilè cum le-
 viora videant bella, periculo se subjiciunt, vel honoris, vel
 132 opum, vel gratiæ, apud Principem causa. Hoc argumento
 movebatur populus Israeliticus, nolens concedere Davidi ut e-
 grederetur in prælium contra Absolonem filium, eo quod ipso-
 rum fuga, aut clades tantum damnû non allatura esset, quam si
 ipse in persona sua, aut fugeret, aut cæderetur, adeoque satis es-
 se ut is pro præsidio in urbe remaneret, quod & fecit 1. *Sam.*
18. v. 3. & 4.
- 133 Si suscipiatur bellum ad injuriam & despectum vindican-
 dum, satis quoque est principem demandasse vindictam Duci.
 134 *Saved. Symb. 86.* Idem quoque videtur si folius defensionis
 135 causa bellum suscipiatur. *Saved. c. l.* Quod si geratur bellum
 offensivum, ad aliquid de novo acquirendum, vehemens cen-
 136 sebitur ambitio, semet objicere periculis, & majoris erit pru-
 dentia per Ducem fortunam experiri. Uti fecit Ferdinandus
 137 Catholicus Hispan. Rex, qui multas Imperio suo adjecit ditio-
 138 nes, sed omnes per Duces. Philippus II. Lusitaniæ Regnum
 occupavit, per Ducem Albanum. Hodiernus Rex Gallia
 quamquam res maximas gesserit, & multas, sibi bello acqui-
 siverit ditiones, tamen pleraque omnia per Duces confecit.
 139 Si enim belli Dux occumbat, in ejus locum alius sufficitur,
 Princeps autem si pereat, nonnunquam totus Exercitus & o-
 140 mnes subditi periclitantur. Comprobavit hoc suo exemplo
 Sebastianus Portugallia Rex, qui in Africa bellum movens con-
 tra Muhamedem infelici prælio occubuit, & per hoc Regnum
 in.

in maximas calamitates conjecit. Johannes Galliae Rex com- 142
 misso praelio cum Anglis captus fuit, & inde Regno suo non
 leve damnum attulit. vid. Michael Ritius *L. 3. d. Reg. Franco-* 143
rum. Quanto incommodo etiam fuerit Regno captivitas
 Francisci I. Regis Galliae, enarrat *Zevecot. in Svet. Caj. Jul.*
Ces. c. 62. Ludovicus Hungariae Rex cognomento Immaturus,
 (eo quod natus sine cute, quam Medici arte fecerunt, imma-
 ture anno 10. aetatis Regno praefectus, immature anno 14. bar-
 batus, immature tandem anno 21. mortuus) in praelio con-
 tra Turcas cecidit, & Regnum propterea in maximis turbis re-
 liquit, cum immanitati Turcarum per mortem Regis cuncta
 paterent. vid. Ritius *d. Regibus Hung. L. 2.*

Illi ergo bello, Politici interesse Principem svadent, quod intra 144
 Imperii sui fines geritur, aut quando evidens periculum ipsi im-
 minet, ita ut nonnunquam summa rerum uni alicui praelio com- 145
 mittenda, ut si in illo succumberet, omnia perirent, ut sic Princeps
 quavis periclitetur, imo mortem potius oppetat, quam exilium
 aut captivitatem eligat. vid. *Savedra Symb. 86.* *Bœclerus in Tac.*
p. m. 110. *Canonherius in Discurs. Polit. ad Tac. p. m. 173.* *Hippol.*
a Coll. in Tr. d. Princip. C. 13. in Addit. Lit. B. Spreng. in Tac. A-
xiom. L. 2. c. 7. Fecit hoc Judas Maccab. qui à Nicanore ad in- 146
 citas redactus, collegit copias quamvis parvas, & quia sum-
 ma rerum in eo vertebatur, ut aut uni praelio committeret
 suam fortunam, aut captivum se traderet vel exilium eligeret,
 potius censuit praelio decernere & mortem oppetere, quam re-
 liqua perpeti: quod prius etiam factum & quidem feliciter
 2. *Maccab. cap. 15.* Si Otto interfuisset pugnae contra Vitellium, 147
 è cujus successu Imperium dependebat, neq; Imperiū, neq; vitam
 amisisset. *Tac. L. 18. Annal. Saved. Symb. 66.* *Spreng. d. l. L. 2. c. 7.*

Bellum, ut notum, ideo geritur, ut pacis condiciones eo 148
 melius acquirantur, quemadmodum ergo de Praesentia Prin-
 cipis in bello in praecedentibus vidimus, jam de praesentia ejus
 in negotiis pacis pertractandis, erit inquirendum. Et Princi- 149
 pibus, ut ipsi in persona conveniant, tractaturi de pacis nego-
 tiis, consultum minime esse poterit, propter varia incommo-
 da

- da quæ inde resultant, vid. Dn. Brunn, *in Tr. d. Pace Polit. Dissert. 1. tb. 12. & Dissert. 6. tb. 3* Dnus Rherius *in Disp. Juris Publ. disp. de Pace. c. 4. n. 13. p. 464.* Et hinc magis utile Principi negotia illa per ministros tractare, quam illis suam præsentiam interponere Spreng. *in Tac. Axiom. L. 1. C. 36.* Raro enim Regum aut Principum conventiones sunt fructuosæ, cum inde majora odia soleant concitari. Ut enim Cominæus inquit *L. 3. histor. alleg. à Brunnem. c. 1.* imprudenter faciunt Principes æquali potentia præditi, quod in colloquutionem ipsi descendant. Præterquam enim quod Majestati major ex longinquo reverentia, mutuus aspectus occulta odia detegit, sinistras opiniones generat, & lites, si nullæ sint, parturit. Principibus enim ipsis gratum est prædicari à multis, hoc autem absque alterius vituperatione vix fieri potest; de præcedentia etiam, & præferentia, lites non leves sæpius gignuntur, unde fit ut infecta re discedant, & malum, quod sopire conati sunt eo magis inflamment, & licet nonnunquam quædam horum congressuum emolumenta existiterint, innumera tamen è regione mala numerantur. Meminit Cominæus Conventuum aliquot, qui omnes sinistram sortiti sunt exitum, Ut Ludovici XI. Regis Gallia, & Henrici Regis Castilia Reginaque Arragonia. Friderici III. Cæsaris, & Caroli VIII. Regis Gallia. Caroli Burgundi, & Comitis Palatini ad Rhenum. Edvardi Anglia Regis, & Caroli Sororii ejusdem, Sigismundi Austriaci, & Caroli Burgundi.
- 155 Multa nonnunquam Principes, quia omnia minutissima observare volunt, dum de commodo vel incommodo ipsorum agi judicant, ex fervore denegant, quæ tamen sæpius si concederentur & inservirent usui eorum, postea ne inconstantia notam incurrant, putantes vocem Principis debere esse vocem Dei, revocare minime vel volunt, vel etiam possunt. Econtra multa præsentibus sæpius concedunt Principes, causa aliqua ducti, quæ absentes denegarent.
- 156 Accedunt quoque metus periculorum, fraudes, & machinationes, in quibus versantur Principes, in ejusmodi conventionibus,

tibus, quam facile enim per fraudes potest seduci Princeps ut non raro etiam in periculum Captivitatis, imo vitæ ipsius incidat. Non autem debet Princeps sic se, & per se Rempubl. 157 in casum dare *Tac. L. 1. Annal. c. 47.* Sed summæ rerum, & Imperio se reservare *Tac. L. 4. Hist. c. 33.* Præsertim cum fraus & dolus obscura sint & inevitabilia *Tac. L. 4. Hist. c. 24.* Sic Radamistus Meherdatem socerum allexerat ad conventum, spe transactionis, ut componerent bellum, quod inter ipsos fuerat ortum, adiciens posse melius præsentia propria quam per Legatos transigi, nec ferro, nec veneno, in Meherdatem usurum promisit, Meherdates ubi comparuerat, Rhadamistus cum ejus potentior esset factus excogitata æquivocationis fraude, non quidem ferro, nec veneno, quasi Jurisjurandi memor, sed projectum in humum, & veste multa graviqve opertum, necavit. *Tac. L. 12. Annal. c. 47.* De congressu Tryphonis fraudulento cum Jonatha. *vid. 1. Macab. 12. v. 42. seqq.* Quid 159 160 dissidentium Principum Conferentia utilitatis ferat nondum rectè composita pace, docet exemplum Romanorum Ducis Flavii, cum fratre Arminio, quibus diversa pro & contra memorantibus, eo lites creverant, ut à contentionibus verbalibus fere ad pugnam prolapsi essent, ita etiam ut vix flumine interjecto Cohiberi potuerint. *Tac. L. 2. Annal. c. 9.*

Quicquid autem horum sit, si tamen proficiscentibus 160 hinc inde Legatis in summa pacis nihil proficitur, & videatur quod per præsentiam, & conventum Principum, pax facillimo negotio possit componi, tandem colloquio & conventui ipsorum Principum tempus locusqve destinandus. *Tac. L. 13. Annal. c. 38.* certæ tamen & hic adhibendæ sunt cautelæ, ut omnis fraus 161 exulet, quæ pro modo circumstantiarum variant, nonnullæ ex Historiis adhibendæ. Liceat ergo exemplum quod habet Dn. Bruam. *ex Comineo d. l. Diff. 6. tb. 5. Lit. f.* & hic apponere. 162 Ludovicus XII. Gallie Rex interjecto sepimento colloquebatur cum Edvardo Anglo, tali modo, In medio ponte fiebat cavea mediocri altitudine, & ea amplitudine, ut utrinque duodeni consistere possent, ejus foramina eà magnitudine erant,

- ut brachium aliquis laxè infereret, eratque in duas partes di-
 visa, sic ut transitus in alterutram partem nullus pateret, id-
 que ideo, quia olim transitu libero interfectus fuit Johannes
 163 Burgundus. *Hæc ille.* Ludovicus XI. R. Gallia cum suo Co-
 nestabili, cum quo similtates exercebat, in colloquium de-
 scensurus pontem amni cuidam imponi iussit, in cuius medio
 cancellatæ ferreæ fenestræ factæ, ut conspici inter se, exaudiri-
 164 que colloquentes possint. *P. Emil. Hist. Franciæ, L. 10.* Ludo-
 vicus Sfortia Mediolani Dux cum Gallia Rege non aliter con-
 gredi volebat, quam in fluminis cuiusdam medio ubi pons aut
 navibus aut alia ex materia ita structus esset, ut inter utrum-
 que firmum ac robustum ex lignis vallum intercederet. *Gvic-
 ciard. L. 2. Histor.*
- 165 Cum autem duo Principes conveniunt, moris esse solet, ut
 ille qui dignitate antecellit primus ad constitutum locum ve-
 niat, honoris enim quædam species est, quod alter posterior,
 & ad hunc accedere videtur. *D. Brunnem. d. Diss. VI. th. 5.*
- 166 *Lit. F.* Sic cum de Colloquio inter Leonem X. Pontificem
 Max. & Franciscum I. Gallia Regem convenisset, Rex biduo
 postquam Pontifex advenit Bononiam ingressus est. *Gvicciard.*
- 167 *L. 12. Hist.* Margaritha Caroli Cæsaris Amita, (ut etiam inter
 faminas idem observari videatur) & Aloysa Francisci Regis
 Gallia Mater, quod pares dignitate viderentur, eodem mo-
 mento per diversas Cameraci portas contiguas ædes ex
 quarum una in alterem aditus erat, ingressæ sunt. *Gvicciard.*
- 168 *Lib. 19. Histor.* Franciscus Rex Gallia, cum Pontifex Massiliam
 venisset, quamvis eadem nocte officii causa ipsi adfuerat,
 tamen urbe post excedens, postero die cum comitatu Aulico in
 urbem rediit. *Gvicciard. L. 20. Histor. Maurocenus. L. 4. Hist. venet.*
- Si autem Princeps ex circumstantiis sibi non consultum
 169 iudicet interesse tractatibus pacis, tamen potest in vicinia
 consistere non procul à loco ubi de pace tractatur, ut eo
 citius de eo quid ab hoste postuletur, quid actum sit, &c.
 170 certior fiat, alioqui negotium Pacis per longam Principis
 distantiam diu protrahetur. vid. *D. Brunnem. Dissert. VI. th. 3.*
- 171 *Lit. B.* Nisi mora Principi cuidam sit utilis, interdum enim

dum se vel viribus imparem alteri parti videt, vel casu quodam debilitatus est, sub specie quandoque arripit Princeps tractatus pacis, morasque à die ad diem necit, quò interim vires debilitatas augere, justumque exercitum sibi comparare possit, & tum si pacis conditiones ab ipso propositas altera pars acceptare nolit, majori commodo tractatus pacis planè abrum-
 pit, seque adversæ parti opponit. Quæ practica in nupero bello à Rege Gallia bene observata. Superest igitur, si Princeps
 neque nolit, neque possit interesse Tractatibus Pacis, ut mittat
 Legatos, quibus plena mandata danda sunt ratione negotiorum tractandorum, ut instructi sint ad omnia, quæ occurrere
 possint. Limitata tamen sint ratione concludendi, ne Legati
 pro lubitu & inconsultis suis Principalibus concludant. Brun-
 nem. *d. Dissert. VI. tb. 3. Lit. C.* cujus rei quoque perniciosum
 exemplum ibi recensetur aus dem verwirr. Europa. *P. 3. f. 346.*
 de Legato Hollandico Dno. de Groot. *cit. loco.* Non est itaq;
 sic in unius, vel paucorum arbitrium id conferendum, quod
 omnium salutem concernit. Dn. Brunnem. *d. l.*

Visis nunc in præcedentibus hujus Cap. quid in genere efficiat
 præsentia Principis inter subditos, jam progredimur, conside-
 raturi quid operetur præsentia Principis in specie circa nonnul-
 los privatorum actus. Et vulgatum est præsentiam Principum
 tollere omnes Juris Civilis solennitates, & instar illorum
 esse, liberum enim fuit cuilibet Principi in sua Regione Jus
 Civil. recipere, & ideo supra illud est, omniaque quæ exinde
 resultant tollere potest, & quamquam Legibus se alligatum
 nonnunquam profiteatur, tamen hoc fit ex mera ejus volun-
 tate. *l. 23. ff. d. Legat. 3. §. f. Inst. quibus mod. test. infirm.*
 Unde si illi actus, quos aliàs non sine certis solennitatibus con-
 ficere licet, fiant præsentem Principe sine ullis solennibus, idem
 erit ac si omnia fuerint adhibita, quæ de Jure Civ. requireban-
 tur. Exemplum sit in testamento facto in præsentia Principis,
 vel supplici libello inserto, & Principi oblato, quod, (licet de
 Jure aliàs regulariter requirantur ad subsistentiam ejus se-
 ptem testes, qui simul eodem tempore adsint) omnino valet.

ac si iidem adfuerint, imò omnium testamentorum solenni-
 tates superat. *l. Omnium. 19. C. d. Testam.* Nam conscius ejus
 180 est ipse Princeps, nec non Consilarii ejusdem, quoniam Princeps
 semper stipatus præsumitur Nobilibus probatisque personis,
 qui meritò vicem testium sustinent, uti dicitur *in d. l. 19.* Et
 181 hinc verissimum est, in hoc testamento apud Principem facto
 etiam nullos omnino testes requiri, ne unum quidem, quoni-
 am instar testis sunt scrinia Cancellariæ, dum testamentum tale
 ad acta reponitur. vid. Dn. Brunn. *ad L. 19. C. d. testam. n. 1. seqq.*
 Mevius *ad Jus Lubec. P. 2. tit. 1. Art. 2. n. 72.* Besold. *P. 6. Con-*
sil. 273. n. 38. Et hanc sententiam usum quoque servare & in
 182 Camera receptam esse testatur Mynsing. *in Observat. Centur. 6.*
Obs. 29. n. 5. Idem quod de Principe jam dictum extensum
 183 voluerunt DD. quoque ad Principissam. *arg. l. 19. C. d. Testam.*
de quo vid. Mylerus ab Ehrenbach in Gamol. c. 7. §. 10. Magnif.
 Dn. Rhetius *in Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 21. §. 10.* Besold. *d. l. n. 42.*
 Quod sine controversia admittendum, si Principissa se-
 184 paratam Cancellariam habeat. Nam testamentum oblatum
 ad majorem fidem postea actis insinuandum, uti jam antea
 adductum. vid. Notat. Dni Præs. *ad Inst. Jur. Publ. Magn. D.*
Rhetii L. 1. tit. 21. §. 10. Et quanquam Principissa non sit so-
 185 luta LL., tamen ex Privilegio & concessione Principis eodem
 cum eo Jure utitur. *arg. l. 31. ff. d. LL. Besold P. 6. Consil. 273. n. 37.*
 Hoc quoque privilegium tribuunt filiis & filiabus Principum,
 186 vid. Besold. *d. l. n. 43. & 47.* quia Principes, Duces, Fürsten/
 187 Fürstinnen/ etiam Patre vivente vocari solent. Besold. *d. l.* Cum
 nomen identitatem arguat rei ipsius *l. idem. C. d. Codicil.* Et ex
 nominis solius appellatione aliquis Jus acquirat. *c. sacerdotalibus.*
41. causa 11. qu. 1. Huc quoque facit, quod Pater & liberi pro una ea-
 demque persona reputentur *l. fin. C. de Impub. & al. subst.* Et in spe-
 cie quod liberi utriusque sexus Privilegia Patris habeant aperte
 deciditur in *l. 8. 9. & 10. ff. de Senator.* vid. Dn. Brunn. *ad. d. l. 8. d.*
 188 *Senatoribus.* Quod de testamentis dictum, idem obtinet in
 donationibus, uti enim notum ex *§. 2. Inst. d. Donat.* Omnes
 indigere insinuatione Judiciali, quæ excedunt summam 500.
 soli-

solidorum vel ducatorum, si autem fiant coram Principe, vel Principi ipso, hac solennitate minimè opus est, *l. 34. § Auth. idem à Privatis. C. d. Donat. Besold. P. 6. Conf. 273. n. 40.* Cum 189
 id, quod de donationibus in Jure nostro apud acta conficiendis sancitum est, hac sola inductum sit ratione, ne clandestinis aliàs fraudibus facilè quidvis pro negotii oportunitate, confingi, vel id quod ferè gestum est, aboleri possit. *l. 27. C. d. Donat. Besold. d. l.* Quæ omnia cum cessare præsumantur, Principe præsentem, etiam cessare solennitates, quæ propterea adhiberi solent, necesse est. *Besold. d. l.* Hæc quæ adducta 190
 sunt, & multa alia per Principis præsentiam etiam nullis adhibitis solennibus corroborari, tam certum quam quod certissimum est, id quod eleganti potest illustrari Exemplo. Contigit hoc superiori seculo cum Duce Barrensi & Catharina Sorore Hen- 191
 ricus IV. R. Galliæ. Hæc enim Reformata Religionis, cum nollet ei jungi nisi à Reformato, & Ille contradiceret, affirmans, hoc minimè fieri posse, nisi cum injuria suæ Religionis; ipse R. Henricus IV. prudentissimè hæc composuit, dum in præsentia solenni Ministrorum citra omnem solennitatem prehensa Sororis manu eandem Duci in Matrimonium tradidit, simulque ut satisfaceret interlocutionibus præsentis Archiepiscopi, addidit: Regis conclave locum sine dubio sacrum esse, Regis 192
 autem præsentiam supplere omnem defectum intermissarum solennitatum. *vid. Libell. Germ. Lebens. Beschreibung der Könige in Frankreich / in vita Henrici IV.*

Præsentia quoque Principis extendit se ad delicta, ita ut 193
 qui in præsentia Principis peccat, gravissimè puniatur, nam si 194
 aliorum honestorum virorum præsentia multum confert ad augendam delicti qualitatem & magnitudinem, & atrocissima sit Injuria, quæ fit in conspectu Prætoris *l. 7. §. 8. ff. d. Injur.* 195
 Multo magis illius delictum gravissimam pœnam meretur, qui non veretur Majestatem & personam Principis, quæ tamen omnibus sanctissima, & venerabilis esse oportet. Idem quod de Principe jam dictum extendendum ad illa loca, quæ Princeps violari vetuit, quæ pace Burgenfi sunt munita, & pro-
 inde

- 196 inde si quis in loco tali quempiam vel vi, vel verbis læserit, tanquam violator pacis publicæ acrioribus pœnis, vel manus amputatione vel quandoque capitaliter punitur. *l. 9. §. 3. ff. d. R. D.* Is enim qui pacem Burgensem turbavit, in ipsius Principis contemptum, qui illam concessit, deliquisse videtur, ac Domini illius loci tanquam Superioris reverentiam lædere attentavit, vid. Myler. ab Ehrenbach *d. Princip. & Stat. Imperii. P. 2. c. 52. §. 3.* Carpz. *Pr. Crim. P. 1. q. 40. n. 32.* Hoc quoque
- 197 Privilegio gaudent Palatia Principum sui natura & per se, ut
- 198 non opus sit illa expressa sanctione Pace Burg. munita esse, ubi enim Princeps, ibi securitas, modo Princeps ibidem resideat.
- 199 *arg. l. 1. C. d. His qui per met. Jud. non appel. Myler. d. l. §. 5.* Si enim atrocitatem pœnæ auget locus, de quo non dubitandum propter *l. 16. §. 4. ff. d. Pœn.* quis negaret severius animadvertendum in eum, qui in Palatio, & ubi Princeps residentiam habet peccat, quam qui in loco alio privato. Cum enim domus privata cuique sit tutissimum receptaculum. *l. 18. ff. de In Jus voc.* quis inficias ire poterit, longè sanctiorem esse domum Principis, ad quam omnes ceu ad publ. Asylum, confugientes ab omni periculo securi esse confidant? ut mirum haud sit violatores securitatis hujus graviolem pœnam
- 200 promereri; dicente Carpz. *in Prax. Crim. P. 1. qv. 40. n. 31.* Exemplum quoque recenset de Nobili, Juvene 19. annorum qui in Arce Aldenburgensi alium Nobilem percusserat, ac pugione vulneraverat, cui propterea una cum amputatione manus relegatio perpetua dictata fuit. Et temporalis relegatio illi fuit adjudicata, qui in Arce Lichtenburgensi coqvũ pulsaverat Carpz.
- 261 *d. l. n. 33. & 35.* Ex his videri potest, violare publ. pacem Palatii Principum coherentem esse rem maximè punibilem.
- 202 Coronidis loco hoc adhuc inquirere lubet, An is quoque qui in Arce Principis alium non læserit gladio, sed illum tantum strinxerit, nec manu pulsaverit, sed manum ad pulsandum levaverit, incurrat quoque pœnam fractæ pacis Burgensis? Et hoc Aff. quia inde facile conflagendi occasio oritur, & levior injuria alteri in hoc loco illata severe vindicatur. Mev.
- ad

ad Jus. Lubec. Lib. 4. tit. 15. Art. 2. n. 3. Nam si aliquis non quidem pugno percussus sit, sed extensa manu parum adfuit quin percuteretur, animum nocendi hoc ipso aperte prodidit attentans, & ideo pacem Burgensem turbare attentavit. *arg. l. Item apud 15. §. 1. ff. d. Injur.* Quod Praxi Imperii Rom. German. quoque observatur, daß wenn einer in den Residenzert nur die Hand zum schlagen auffhebet / so ist der Burgfrieden schon gebrochen. *Testante Mylero ab Ehrenbach de Princip. & Stat. Imperii P. 2. Cap. 52. num. 9.*

CAP. II.

DE

PRÆSENTIA IMPERATORIS.

SUMMARIÆ.

C onnexio.	n.1.	Sententia Affirmantium.	n.18.19
Præsentia Imperatoris in Imperio est maxime utilis.		Probatio de Comite Palatino.	n.20. seqq.
Exemplo declaratur.	n.2. seqq.	Per Privilegia.	n.21. seqq.
Quando Imperator non est præsens, Vicarii administrant Imperium.	n.5.	Exemplis illustratur.	n.26.27.
An locus sit Vicariatui in A. B. constituto, quando Imperator extra Imperium proficiscens ita non est præsens?		Idem asseritur de Electore Saxonie.	n.28. seqq.
Negantium rationes.	n.10.	Exempla adducuntur.	n.31.32.
Exempla.	n.14. seqq.	Controversia adducta indecisa relinquatur.	n.34. seqq.
		An Vicarii eandem habent potestatem, quam si ipse Imperator præsens esset?	n.37. seqq.
		Vicariorum munus quando exspiret.	n.48. seqq.
			Pala-

<i>Palatinus est Judex Imperatoris.</i>	<i>n. 51. seqq.</i>	<i>Et in presentia ejus caput tegunt.</i>	<i>n. 66.</i>
<i>An Palatinus sequi debeat locum, ubi Imperator presens est?</i>	<i>n. 52. seqq.</i>	<i>Quod an faciant reliqui Principes?</i>	<i>n. 67. seqq.</i>
<i>Exercere debet hoc Judicium in persona presens.</i>	<i>n. 55.</i>	<i>Imperator in persona presens concedit investituras feudorum, majorum, non minorum.</i>	<i>n. 71. 72.</i>
<i>In quibus causis.</i>	<i>n. 56. seqq.</i>	<i>An Imperatore in territoriis statuum Imperii presente, tandiu eorum Jurisdictio quiescat?</i>	<i>n. 73. seqq.</i>
<i>Imperator si presens est inter Status, ab iis debito honore afficitur.</i>	<i>n. 62.</i>	<i>Quod negatur.</i>	<i>n. 76. seqq.</i>
<i>Electores presente Imperatore præsident sub Uransico.</i>	<i>63. seqq.</i>		

PRæmissis præcedenti capite illis quæ in genere ad Præsentiam omnium Principum late sumptorum spectant, non tantum in Imperio nostro, sed & extra illud, jam instituti ratio monet, ut propius scopo accedam, & differam de præsentia Imperatoris, tanquam Primi & capitis Imperii, ut postea etiam ad reliqua Imperii negotia desensus fiat.

2 Certum itaque est Imperatoris præsentiam in Imperio esse necessariam & maximè proficuum Statibus, nam ut reliqua taceam, facillimo negotio, si Aulam suam in Imperio fixam habeat, ad omnes Statuum actiones dispicere potest, ne facile turbæ inter illos oriantur, propterea Carolus V. in *Capit. Art. 30.* promittere necessum habuit, Residentiam suam in Germania figere, in honorem & utilitatem Statuum *uti dicitur d. Art. 30.* verbis auch unser Königl. Residenz / anwesen / und Hoffhaltung / in dem Heil. Römischen Reich Teutscher Nation allen Gliedern Ständen und Unterthanen desselben zu Ehren / Nutzen und Guten / so viel möglich haben und halten. *Conf. Limn. d. Cap. Caroli V. Art. 30. Autor der Grundfeste. P. 3. c. 3. p. 239.*

4 Exinde facile constat, si fieri potest Imperatorem semper deere præsentia sua adesse Imperio, ne in absentia ejus quilibet

uti sibi placet, & pro arbitrio rem gerat, ut inde facile turbarum occasio detur, quod satis abunde videri potest in Carolo V. quamdiu enim ipse in Imperio præsens erat, omnia quæ quæta manserunt, absente verò ipso & in aliis Provinciis suis, & Regnis extra Germaniam morante, modo hic, modo ille, turbas excitavit, immo Germaniam propemodum totam implevit, ut postea revertenti Imperatori sat negotii fuerit, omnia componere.

Ne itaque quando Imperator non est præsens, quod contingere potest vel morte, (nam & tunc maxime absens est) vel etiam discessu ad Exteras Provincias, Imperium sit sine capite, saluberrime in *A. B. cap. 5.* Constitutum, ut Vicarii Palatinus, & Saxo administrarent Imperium, tanquam si Imperator præsens esset, quilibet in Partibus sibi subjectis, & Palatinus quidem in illis Regionibus quæ Jure Svevico, Saxo in his quæ Jure saxonico utuntur & quamvis hodie quædam Provinciæ his Juribus non utantur, uti videmus in nonnullis locis Jus Saxonicum abrogatum esse, tamen Vicariatus subsunt, nam sufficit tempore *Aæ. Bæ.* hoc Jus ibi receptum fuisse, & hujus Juris in *Aa Ba* mentio fit non restrictive, sed demonstrative. *vid. Carpz. ad L. Reg. c. 11. Sect. 13. n. 13. Limn. d. Jure Publ. L. 3. c. 12. n. 25.* Priori itaque casu, quando Imperium per mortem Imperatoris vacat, sine dubio vicem illius Vicarii in administratione Imperii sustinent, donec novus eligatur, quoniam hoc expresse per *A. B. c. 5. §. 1. & 2.* constitutum. Posteriori vero casu quando Imperator non est præsens in Imperio, an tunc quoque locus sit vicariatus in *A. B.* constituto? adhuc dubium est, & contrarium videtur adstruere ipsa *A. B. d. c. 5.* quæ tantum loquitur de casu vacantis Imperii; *verbis: quoties insuper sacrum contingeret vacare Imperium.* Et refert se Carolus IV. conditor *A. B.* ad titulos præced. in quibus duntaxat de vacantia morte Imperatoris contingente fuerat locutus. *tit. 1. §. 19. & tit. 2. §. 2.* Non ergo sanctio hæc ad casum absentia extendi debet, contra naturam privilegiorum, in quibus maxime verum, unius inclusionem esse alterius exclusionem. *l. Moribus C. d. Procurat.*

- 13 Non etiam vacat Imperium propter absentiam Imperatoris, utpote cum penes ipsum nihilominus plena Jurisdictio in suo vigore maneat, nihilque referat an præsto, vel absens sit, cum vigore potestatis alium constituere possit, qui in absentia ejus Imperio præsit, quod etiam factum esse à nonnullis Imperatoribus, qui non Palatinum vel Saxonem extra Imperium abeuntes post se relinquerunt Vicarios, sed alios constituerunt, exempla docent, præprimis verò ante conditam A.B. nam olim Imperator vices suas, cui voluit, mandare solebat, vid. Rumel.
- 14 *ad A.B. P. 1. Dissert. 4. th. 12.* Sic Fridericus I. Uratislaum Bohemum, & postquam in terram Sanctam contenderet, Henricum VII. profecturus in Italiam ut Coronam à Pontifice susciperet, Johanni filio R. Bohemix Vicariatum detulit. Dubrav. *Histor. Bohem. L. 20. pr.* Sigismundus bellum contra Bohemos movens, Conradum Archiepiscopum Moguntinum Imperii Vicarium constituit. Carolus V. etiam, cum non posset continuò esse in Germania Ferdinandum fratrem, Imperii Vicarium declaravit, quem titulum quoque ipsum usurpasse constat ex R. *J. d. anno 1529. Conf. Limn. d. Jure Publ. L. III. c. 12. n. 43.* Nihilominus tamen absente etiam, ac peregre abeunte Cæsare Vicariatus Officium ad Palatinum & Saxonem pertinere non pauci, & quidem magni nominis DD. Juris Publ. asserunt. Dicentes, mortem & absentiam comparari. *c. presentia. X. de testibus.* nam qui mortuus, maximè inter absentes collocatur, cum non tantum corpore, sed & animo sit absentibus annumerandus, utpote de cujus neq; commodo, neque incommodo, ulla amplius quæstio movetur. Et per absentiam sedes quasi vacare videtur. *Cap. 2. §. Sed neq; X. d. transl. Episcop.* Certum etiam esse, Vicariis Imperii ordinariam ac perpetuam competere Jurisdictionem, non delegatam ac temporalem, utpote ex necessitate & perpetua legis provisione constitutam, nimirum Aæ. Bullæ, adeoque Imperii sunt Vicarii, utique ergo ipsorum potestas erit perpetua, quæ per substitutionem alterius personæ in casum absentix Imperatoris interrumpi nequit.
- uti

uti dicit Carpz. *d. L. Reg. c. 11. Sect. 14. n. 13.* Rumel. *ad A. B. P. 1. Disp. 4. tb. 12.* Arum. *d. Comit. cap. 7. n. 16. arg. l. 11. ff. d. R. 7.*

Hanc quoque Vicariatus dignitatem ratione privilegii Co- 20
 miti Palationo impetere innuit disertè Imperator in A. B. c. 5.
pr. verb. ratione Principatus seu Comitatus, Palatinatus privile-
gio. Hoc verò privilegium casum quoque, quando Imperator
 non est præsens includit, uti apparet ex ipsis verbis, quando Im-
 peratores multi hoc privilegium Palatino confirmarunt. Subjun- 21
 genda erunt verba confirmationis Caroli V. factæ WORMATIÆ
 anno 1521. d. 28. Maji, *quæ ex Frehero refert Lim. L. 3. c. 12.*
n. 36. So ein Römischer Kaysers über Berg oder aus dem Reich
 ist / Seiner Liebden und einem jeden Pfaltzgrafen der Churfürst
 ist / die Vernehmung und Verwaltung gebühret / und zustehet / wie
 Wir dann dasselbe / auch seine hergebrachte Freiheit confirmiret 22
 und bestättiget. Et probe porro notanda est Confirmatio fa-
 cta Electori Palatino à Maximiliano I. de anno 1513. Daß Wir
 Ihm das Vicariat. Ampt und Gerechtigkeit / so seine Vor. Eltern /
 wenn das Reich vaciret / oder ein Römischer Kaysers oder König
 über das Gebirge gezogen / nach Inhalt der güldenen Bulle / und
 Weyland Kaysers Carls Brieffs / gehabt und hergebracht hätten /
 confirmiret / Melch. Goldast. *P. 1. der Reichsstatuten. fol. 241.*
 Literæ verò Caroli IV. Imperatoris, quarum hic facta mentio, 23
 inter alia hujus sunt tenoris: Wenn die Pfaltz. Graffen bey
 Rhein die Churfürsten seyn / von Römischen Kaysern solche Wür-
 de und Freyheit von langen Zeiten gehabt / und noch haben sollen /
 wann Röm. Kaysers über Berg gezogen seyn oder stehen / daß Sie
 denn gemeine Vicarien des Reichs / dieselts gewesen seyn / und seyn
 sollen / *de anno 1375. apud Goldast. d. l.* Hæc autem quæ jam 24
 adducta sunt, nullam pati videntur restrictionem ad vacantiam
 Imperii, quæ contingit per mortem naturalem Imperatoris, sed
 potius etiam ad absentiam, uti ex tenore adductorum confir-
 mationum apparet, dirigenda. Accedit privilegii observan- 25
 tia, quæ in quæstionibus circa privilegia magni est momenti,
 cum tantum præsumatur concessum, quantum observatum.

- 26 *Limn. d. Jure Publ. L. 3. c. 12. n. 37.* Sic refertur Rudolphus II. Palatinus Caroli IV. Socer, qui absente Carolo Vicarius fuit, Ludovicus Barbatus, cum Rupertus Cæsar exercitum in Italiam duceret, etiam Vicariatum exercuit. Ludovicus itidem ab
- 27 obitu Maximiliani I. usque ad Caroli V. electionem Vicariatum gessit. Ex his itaque privilegiis & adductis exemplis satis constare Palatini Vicariatus Jus non tantum ad vacantiam Imperii, quando Imperator morte defunctus, sed & ad absentiam extendi, quod & concedit *Limn. L. 3. c. 12. n. 27.* qui alias contrariari videtur.
- 28 Jam autem Saxoni idem Jus hodie competit vigore *A. B. tit. 5. §. 1. ibi: Et eodem Jure provisionis Illust. Ducem Saxonie S. Imperii Mareschallum frui volumus, sub omnibus modis & conditionibus, sicut supra expressum:* Si itaque eodem Jure provisionis, sicut de Palatino expressum, uti debeat Saxo, necessum erit, ut quoque concedatur, ipsum simul cum Palatino, si
- 29 Imperator non sit præsens, Vicarium esse per Imperium. Jus ergo
- 30 quod Palatino & Saxoni per Privilegia & *LI.* Imperii fundamentales quæsitum, minime auferendum, per constitutionem Vicarii absque consensu eorum, & totius Electoralis Collegii.
- 31 *l. 11. ff. d. R. 7.* Rectè itaque cum Carolus Burgundus anno 1473. à Friderico III. Vicariatum Imperii peteret, ei respondit Imperator, se sine Principum Electorum consensu nihil facere posse. *Crantz. L. 2. Sax. C. 11.* Similiter & Carolus V. Ferdinandum fratrem Imperii Vicarium constituere volens, non ignoravit, se citra Electorum consensum & approbationem in hoc negotio nihil peragere posse, ideoque Electorum, & potissimum Vicariorum consensum ad id requisivit, qui tandem concesserunt. Carolus verò datis reversalibus cavere & promittere necessum habuit, minimè præjudicare hoc debere privilegiis Vicariatus Electorum Saxonis & Palatini, quas revers.
- 32 exhibet Goldast. *P. 1. der Reichs. Satzungen fol. 243.* De Vicatu hod. quidem lis est inter Bavarum & Palatinum, verum quoniam hæc non sunt hujus loci, ideoque brevitate studio nos remittimus ad *Limn. in Comm. ad A. B. c. 5. §. 1. obs. 5.* Ubi
- utriusque

utriusque argumenta, quæ pro se adducunt, recenset, *add. Inst. Jur. Publ. Magnif. Dn. Rhetii. Consiliar. Status intimi L. 1. tit. V. §. 5. & seqq.* Controversiam autem, quam modo tetigimus, an Vicariatus in A. B. expressus etiam ad casum quando non sit præsens Imperator, extendendus, propter varia dubia, & ne temeritatis notam incurramus, indecisam relinquimus, satis judicantes quod dissentientium rationes retulerimus, ex quibus sibi quisque, quali opinioni tandem ad stipulari velit, eligere pro lubitu potest. Affirmativam defendit *Carpz. d. L. Reg. Cap. 11. Sect. 14. n. 15. seqq. Rumel. ad A. B. P. 1. disp. 4. tb. 12. Arum. d. Comit. C. 7. n. 16. & 17. Schutz. Vol. 1. Disp. 5. tb. 11. Lit. C. Wurmser. in Exerc. Jur. publ. Exerc. 3. tb. 4.* Negativam certo modo propugnat, *Limn. ad Jus Publ. L. 3. c. 12. n. 40. seqq. & in Addit. Tom. 4. ad n. 42. item Tom. 5. ad n. 40.* In not. quoque ad Capit. Caroli V. *Art. 3. Schvyed. in Introd. ad Jus Publ. Sect. 1. c. 33. §. 6.*

Si itaque Vicarii administrant Imperium, dubium adhuc oritur, An eandem habeant potestatem in Juribus Imperii exercendis, quam haberet Imperator si ipse præsens esset? Et formant regulam Publicistæ; Vicarios omne id posse, quod potest Imperator, si ipse præsens esset, nisi specialiter quædam excipiantur. *Rumel. d. l. Disp. 4. tb. 16. Schütz. d. l. tb. 12. Carpz. C. 11. sect. 15. n. 1.* Et quo casu etiam Imperator ipse si præsens esset, consensu Electorum opus haberet, eo casu quoque Vicarii sine horum consensu nihil peragunt. *vid. Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 5. §. 9.* Quid vero sentiendum de illis casibus, qui nec prohibiti, nec permissi? Et hos permissos statuunt. *vid. Rumel. ad A. B. P. 1. Disp. 4. tb. 15.* Competit itaque Vicariis ex dispositione A. B. omnimoda Jurisdictione, ac potestas indefinita exercendi Judicia, ex quo fit, quod tempore Vicariatus in Camera Imperiali utriusque Vicarii nomine omnia peragantur, adhibito quoque utriusque sigillo. *Carpz. d. l. Sect. 15.* Habent concurrentem cum Camera Jurisdictionem, nam quæ causæ alias ad Imperatorem, vel ejus Judicium aulicum deferri solebant, illæ deferuntur ad ipsos Vicarios, quorum quisque in sua Aula

causam



- causam cognoscit, ut adeo liberum appellanti relictum sit, an ad Cameram Imperialem, an ad Vicarium appellare velit, sub cuius Jurisdictione tum temporis est, pariter sicut hæc electio
- 41 præsentis Imp. competit. *Limn. de Jure Publ. L. 3. c. 12. n. 50.* Judicare etiam possunt de omnibus causis, de quibus, si præsens esset Impetator, cognosceret, propter generalitatem verborum, quæ in A. B. habentur, quæ nihil excludunt. *l. 1. §. generaliter. ff. d. Legat. præstand.* Habent potestatem Vicarii præsentandi ad beneficia Ecclesiastica *A. B. tit. 5. pr.* Unde competit ipsis Jus concedendi primarias preces in beneficiis vacantibus per totum Imperium, Jus Patronatus, &c. vid. *Limn. d. l. n. 66. Schutz. Diss. 5. th. 16. vol. 1. Rumel. ad A. B. P. 1. Diss. 4. th. 16.* Potestatem præterea habent colligendi redditus & proventus Imperii, quos non lucrantur, sed Imperatori electo restitunt. Quemadmodum enim non debet tutor lucrum ex tutela facere. *l. 58. pr. ff. d. Admin. & peric. tut.* Nec Procurator ex sua administratione. *l. 46. §. Procurator in cæteris 4. ff. d. Procurat.* Ita oportet Vicarios ejusmodi, tanquam magnanimos Imperii Patronos, & defensores, patriæ charitate, non lucri cupidine ad rem tantam accedere, neque hoc munus tam splendidum, tam honorificum, tam excellens, pro magno pretio æstimare. *Schutz. d. l. th. 17. Limn. c. l. n. 68.*
- 44 Possunt tamen impensas, quas suis semptibus in colligendis redditibus fecerunt, deducere optimo Jure, cum naturali legi conveniens, ne officium suum cuiquam sit damnosum. *l. 61. §. Quod verò 5. ff. d. furt.* Habent denique Potestatem, concedendi Privilegia, Jus nobilitandi, convocandi comitia, indicendi collectas pro necessitate Imperii, investiendi de feudis Imperii, & Juramenta fidelitatis nomine Imperii recipiendi, si contingat casus petendæ investituræ. Excipiuntur autem in *A. B. d. l.* quædam res, quæ ipsorum potestatem excedunt; uti Investituræ feudorum majorum, Principatum scilicet & illorum, quæ vulgo *Sahnlehn* appellantur. An autem idem de feudis Ecclesiasticis majoribus dicendum, dubitari posset? quia de illis investitura, fieri solet non cum vexillo, sed
- Sceptro

Sceptro (unde etiam *Scepterlehn* vocantur), verum nihil hoc moratur, cum hæc similiter excipi suadeat textus *A. B. ibi. feudis Principum duntaxat exceptis & illis quæ Fahnlehn vulgò appellantur.* Copula autem & diversa conjungit, & sub nomine feudorum Principalium non tantum Secularia, sed & Ecclesiastica veniunt, quamvis enim feudorū Ecclesiasticorum investitura non fiant per vexillum sed per Sceptrum, tamen hoc casu Sceptrum vexillo æquivalens est, ut itaque exceptio de uno casu interposita ad casum similis rationis trahi possit. Adhuc obstare videntur verba versionis Germanicæ außgenommen der Fürsten Fahnlehn / cum autem versio illa non sit authentica, nullius est momenti, & decisio ex Latina tanquam fonte petenda. vid. *Limn. d. Jure Publ. L. 3. c. 12. n. 78.* *Rumel. ad A. B. P. 1 Disp. 4. tb. 19.* *Schutz. Disp. 5. tb. 19. Lit. D.* Specialiter, 47 quoque Vicariis in *A. B. tit. V. §. 1.* omnis alienatio, & obligatio rerum Imperialiū interdicta est, ad modum Juris Communis, nam tutor alienare nequit. *l. 1. pr. & §. 2. ff. d. Rebus eor. qui sub tut. vel cura* neque Procurator cum libera *l. Imperatores. ff. d. Pactis.* Alienatio autem hic non tantum strictè accipienda, pro ea quæ dominium transfert, sed etiam pro omni actu qui aliquem alicujus Juris participem facit, prohibita sic alienatione, etiam obligatio erit prohibita, quæ est species alienationis, dum ab hac ad distractionem certo certius tandem devenitur. vid. *Rumel. d. Disp. 4. tb. 20.*

Expirat tandem Vicariatus munus quando electus est novus Imperator, cessante enim causa cessat etiam effectus. *per A. B. tit. 5. §. 1. ibi ad manus futuri Regis Romani.* Si autem, 48
Imperator electus nondum sit præsens vel extra Germaniam, 49
continuatur Vicariatus usque ad adventum novi Imperatoris, ut factum in Carolo V. qui Mense Junio anno 1519 electus, sed in Germaniam anno 1520. sub initium veris venit, & eousq; duravit Vicariatus. Coronatio tamen non expectatur. vid. *Limn. ad A. B. tit. V. §. 1. Obs. 2. n. 3.* *Schutz. vol. 1. Disp. V. tb. 21. Lit. B.* *Schweder in Introd. ad Jus publ. Part. spec. Sect. 1. Cap. 33. §. ult.* Quoniam autem Vicarii administratores sunt, 50

E

gesto-

gestorum rationes reddere debent novo Imperatori, qui omnia quæ in Vicariatu gesta confirmat, ac rata habet, uti apparet ex confirmatione Caroli V. facta Palatino apud Goldast. *Tom. 1. Const. Imp. p. 242.* non autem confirmat una confirmatione ambobus simul, sed separatim singulis, uti tradit Limn. *ad Capit. Caroli V. Art. 26. verb. confirmiren. conf. Dnus. Rhetius in Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. V. §. 11. Schutz. d. l. Rumel. ad A. B. P. 1. disp. 4. th. ult.*

- 51 Vidimus itaque quod vel non præsentem, vel mortuo Imperatore certi constituti sint Vicarii, uti Saxo & Palatinus, quod privilegium ipsis commune est, per constitutionem A. B. Jam vero se offert privilegium, quod soli Palatino competit, ut nimirum sit Judex Imperatoris. *A. B. tit. 5. §. ult.* nam male hoc Saxoni quoque tribuit Bodinus, propter expressa A. B. verba quæ habentur *d. l. §. 3.* Hic verò disquirendum venit, an Palatinus sequi debeat locum ubi Imperator præsens est
- 52 an vero prolubitu illud Judicium peragere possit quo loco velit? Affirmatur prius de *A. B. §. 3. d. l. ibi: non alibi præterquam in*
- 53 *Imperiali curia, ubi Romanorum Rex præsens est.* ex quibus verbis satis clare apparet, ipsum Electorem Palatinum exercere hoc Judicium debere, ubi Imperator præsens est, & quidem uti dicitur, in Imperiali Curia. Quis autem sit intellectus vocis curiæ non satis conveniunt DD. quidam enim hic vocem Curiaë capiunt pro Comitibus Imperialibus uti Limn. *ad Jus publ. L. 3. c. 9. n. 77. & in Comm. ad A. B. tit. V. §. 3. obs. 18.* dicens, eodem sensu hanc vocem sparsim in A. B. textibus accipi, adducit quoque, longè ante Carolum IV. fuisse usitatum, Imperatorem in Comitibus convenire, addit insuper, nullibi melius Judicium hoc peragi posse, quam in ipsis Comitibus, ubi Palatinus Judex tot Illustres ad latus habet Assessores, quorum fides & integritas, ut antea Imperatori cognita, ita totum minus suspectum reddit Judicium. conf. cum hoc Strauch. *Dissert. Exot. 3. th. 8.* Recedit tamen ab his Schutz. *vol. 1. Disp. 7. th. 21. Lit. G.* Curiam tam pro Imperiali Aula, quam Comitibus accipiens, cui
- 54 consentit quoque Rumel. *ad A. B. P. 1. Diss. 5. th. 1).* Exercere autem

autem debet hoc Judicium in persona præsens, non per substitutum seu Plenipotentiarium uti tradit Limn. *ad A. B. Cap. V. §. 3. Obs. 17.* & ex eo Schweder. *Part. Speciali Sect. 2. §. 22.* De causis autem ob quas coram Palatino conveniri possit, non minus dubitari solet. Dicunt enim multi nullam omnino causam exceptam esse, quia Imperator Carolus IV. generaliter de omnibus causis fuit locutus, ideoque etiam de omnibus Palatinum judicare posse. Plurimi vero hoc cum temperamento accipiunt, ut ad causas mere Civiles trahant & quidem tales, quibus ratione communissimæ materiæ Princeps obligatur, ut quilibet privatus, ut ex contractu cum Principe sibi subiecto vel alio subdito celebrato. Strauch. *Dissert. Exor. 3. th. 7.* Limn. *ad A. B. c. V. §. 3. Obs. V.* Dn. Rhet. *Inst. Jur. Pub. L. 1. tit. IV. §. 64.* Rejiciunt itaque causas Criminales, Feudales, Depositionis, & eas quibus tenetur tanquam Archidux Austriae, sic enim, ut reliqui Principes, Cameram habet Judicem. Quod non possit conveniri in Criminalibus, firmat Schwaben-
Spiegel cap. 23. ibi. über des Königs Leib und über seine Ehre niemand Urtheil sprechen. neque hic contrariari poterit, quod glossator Juris Saxonici *ad fin. Art. 8. L. 1.* eo usq; hoc in contrarium extendat, ut etiam Palatinum executorem sententiæ criminalis constituat, uti verba ejus sonant: Man sol über Jhn richten (loquens de Imperatore) und ihm das Haupt mit einer güldenen Parthen abhauen/ über eines Schildes Rand: und das soll thun der Pfaltzgraff von dem Rhein/ der dem Lande zu einem Richter über den König gegeben ist/ quoniam hæc autem à Frehero anilibus fabulis accensentur, nullius sunt momenti, referente Limn. *d. 1. & Rumel. disp. 5. th. 7.* Causæ quoque feudales quod non ad Palatinum sed Pares curiæ pertineant, latissime defendit Reinking. *d. R. S. & E. L. 1. Cl. 4. c. 5. n. 2. seqq.* cum quo conf. Limn. *L. 3. c. 9. n. 49.* Rumel. *d. 1. th. 8.* Neque causas depositionis, quando Imperator tale quid commisit quod depositionem mereatur, referunt ad Judicium Palatini, nam omnium Electorum est de hoc cognoscere. Hinc cum exautorandus esset Wenceslaus, sententiam dixit non Palatinus, sed nomine totius

- Collegii Electoralis Moguntinus tanquam Collegii Decanus. Strauch. *Dissert. Exoter.* 3. *tb.* 7. *in fin.* Limn. *ad A. B. d. l. Obs.* 6.
- 61 & 7. Magn. Dn. Rhet. *Inst. Jur. publ. d. l.* §. 65. Quamvis autem Judicium hoc quod *A. B. d. l.* Palatino tribuit, non adeò sit frequens propter defectum casuum, tamen non inde in desuetudinem abiisse colligendum; referuntur vulgo exempla in Adolpho Nassovico, & Alberto I. quæ quasi possessionem hujus Juris Palatino competentis evincunt, quod verò per longum tempus non exercuerit competens privilegium perinde nihil quicquam detrimenti patitur, nam occasiones Palatino illud exercendi defuerunt, & inde præscriptio non habet locum. Carpz. *P. 2. Const.* 3. *Df.* 23. notum enim, quod non valenti agere non currat præscriptio. *l. 1. §. 2. C. d. Annal. Except.*
- 62 Uti Imperatoris præsentia omnibus venerabilis esse debet, ita etiam in Imperio nostro, si præsens sit Imperator inter Status maximo honore & reverentia tanquam Caput à reliquis membris decoratur, Ita tamen ut ab uno magis reverentiæ accipiat quam ab altero, prout cujuscunque vel Status, vel privilegia ferunt, sic enim Electores majoribus gaudent præemi-
 63 inter alia autem Electores quando Imperator electus præsens est, in Curia ubi post Electionem convivium apparatus, in conspectu & præsentia Imperatoris prandent sub Uranisco, & quilibet solus sibi strata mensæ assidet, reliqui autem Principes tantum omnes in una mensa, ita ut Imperatoris Mensa elatior sit mensis Electorum, 6. gradibus, rursus horum mensæ tribus pedibus elatiores quam mensæ Principum. *A. B. cap. 28. §. 1.*
- 64 Hoc vero ex moderna consuetudine, non amplius observatur. Nam mensa Imperatoris tantum tribus pedibus elevata est, & mensa Principum tantum uno pede depressior est mensa Electorum testante Sprengero. *d. Jure Publ. L. 1. c. 29. §. 188.* Electores præterea in præsentia Imperatoris caput tegunt, quod etiam faciunt eorum Legati Primarii. Sprenger *in Lucerna Imperii Sect.* 19. & ex eo Scweder. *P. Spec. Sect. 2. c. 2. §. 10.* quod
 65 de Legatis reliquorum Principum non reperitur. De Principibus

bus tamen ipsis quod etiam in praesentia Imperatoris caput te-
gant testatur Eitel Friedrich von Heerden in der Grund Feste des
Heiligen Römischen Reichs. P. 1. c. 6. pag. 54. Ubi recens et cu- 68
rialia in Cujusdam Principis Audientia coram Cæsare adhi-
bita, ubi cum ille Princeps ad testandam reverentiam nudo
capite suum desiderium Imperatori proponeret, ipse Impera-
tor rogavit ut caput tegetet, tamen Ille ut eo magis honor
Imperatoris innotesceret, non solum nudo capite & detracto
pileo propositionem inchoavit, sed & eo modo tamdiu conti-
nuavit donec iterum constanter insisteret Imperator ubi tan- 69
dem tecto capite reliqua proferebat. Ex quo colligit dictus Au-
tor, eadem licentia hac in parte gaudere Principes cum Ele-
ctoribus. Imperatore quoque praesente tres Electores Ecclesia- 70
stici, ut eo major Majestati veneratio sit, ante mensam benedi-
ctiones peragunt, ita ut singulis diebus alternent, & primus
Is censeatur, qui primus Archi-Episcopus est electus. A. B. cap.
23. § 1 Inst. Jur. publ. L. 1. tit. 9. §. 9.

Uti igitur Imperatoris praesentia in nonnullis requiritur, 71
ita non quibuscunque minimis rebus praesentiam suam accom-
modat, sed tantum gravioribus & qui majoris sunt momenti,
Sic ex observantia receptum ut Principatum & Ducatum
Investituras tantum Imperator praesens in persona faciat, Comi-
tatum vero, Baronatum, & aliorum feudorum Minorum so-
lum per Judicium Aulicum. Limn. ad Jus Publ. L. 4. c. 7. n. 24.
Myler d Princ. & Stat. P. 2. c. 91. n. 8. Schwed. Sect. 1. Cap. 9.
§ 5. Nisi Comitatus sit Principalis, Eine Gefürstet Graffschafft/ 72
tunc enim & ipse Imperator confert Myler. d. l. qui testatur se
ipsum investitum fuisse, nomine Principalis sui, Ducis Wur-
tenbergici, de Comitatu Mompelgardensi anno 1659. & quidem
ab ipso Imperatore. Adhuc unum loco clausulae huic capiti an- 73
nectemus. An scilicet Imperatore praesente in Territoriis Statu-
um Imperii tamdiu quiescat eorum Jurisdictio? Et sicuti sol 74
minora sidera omnia majori suo luce obfuscat quasi non essent,
ita par esse videtur, supremo & maximo omnium Judice praesente
Imperatore, minores Magistratus fasces submittere arg.

l. Judicium 58. ff. d. Judic. l. 5. C. de Off. Rect. Prov. Cui adsti-
pulatur Jus Saxon. L. 3. Art. 69. ibi? In welche Stadt der Kö-
nig kommt da sind ihm alle Gerichte geöffnet / und mus der Un-
terrichter zu richten inhalten / unde forte ortum videtur, quod Im-
peratore ad fines alicujus Civitatis appropinquante claves por-
tarum ipsi offerri soleant. Verum licet hoc priscis tempori-
bus ita obtinuerit, cum inferiores Magistratus omnes precari-
am Jurisdictionem haberent, hodie tamen cum Principes &
Status Imperi non alienam vel nomine Imperatoris, sed pro-
priam & patrimoniam vi superioritatis Territorialis exerce-
ant Jurisdictionem, alio Jure utimur, ita ut, licet Imperator
in Statuum Territoriis præsens sit, non propterea suspendatur eo-
rum Jurisdictione, quod expresse in L. L. Imperii fundamentalibus
77 habetur. In Cap. Caroli V. Art. 4. verbis ohn unser und männig-
liches Eintrag und Behinderung / idem in Capit. Ferdinandi II.
Art. 3. & in ord. Cam. P. 2. tit. 1. pr. & tit. 5 §. und sol sonst /
78 Neque concurrat Imperator cum Statibus Imperii in qualibet
instantia, siquidem constitutionibus Imperii cautum est, sub-
ditos Statuum Ordinariis Judiciis relinquendos nec evocan-
dos esse. Ord. Cam. de anno 1598. Rubr. Die Unterthanen in
ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen. Et dicta Ord. Cam.
tit. 1. pr. & tit. 5. item tit. 8 §. Wo sich aber zwischen, vid. Rein-
king. L. 1. cl. 5. c. 7. per tot. Limn. de J. P. L. 4. c. 8. n. 184. My-
ler. d. Princip. & stat. Imperii. P. 1. c. 14. n. 20. & 21. Schweder.
in Intrad. ad Jus Publ. Part. Speciali Sect. 2. cap. 10. § 8.

Potuissent adhuc plura de præsentia Imperatoris adduci,
 verum quoniam ea maximam partem se circa Comitatus offerunt,
 ideoque ea in capite IV. ubi de Præsentia in Comitibus agen-
 dum erit, fusius deducuntur.

CAP.

CAPUT. III.

DE JURE PRÆSENTIÆ IN ELECTIONE IMPERATORIS.

SUMMARI A.

<p>Connexio. n.1 <i>Eligendus est Imperator.</i> n.2 A quibus. n.3. seqq. <i>An Electoribus incumbat, ut ad Electionem novi Imperatoris in propria persona presentes compareant?</i> n.7. seqq. An Elector possit mittere Legatum cum mandato limitato? n.14. seqq. <i>Cujus qualitatis Nuncius ab Electore non presente missus esse debeat.</i> n.18. 19. An Elector qui non est presens possit ad Electionem plures Legatos mittere? Et an omnes admittantur? n.20. seqq. An Elector non presens possit etiam votum per literas transmittere. n.29. seqq. An CoElectori possit votum suum demandare? n.34 <i>Exemplo illustratur.</i> n.35 Pœna Electoris planè ad Ele-</p>	<p><i>ctionem non comparentis.</i> n.36. seqq. <i>An illa Electio habenda pro perfecta, quæ sit à pluribus, vel majori parte.</i> n.41. seqq. <i>Si major Electorum pars omnino emanferit, aut ante Electionem discesserit an reliqui presentes ad Electionis actum procedere possint?</i> n.44. seqq. <i>Legatis Electorum quis in Electionis actu debeat locus.</i> n.48. seqq. <i>Initium Electionis ab Invocatione nominis Divini faciendum.</i> n.54 <i>Misse celebratio eapropter in A. B. constituta.</i> n.55. <i>Protestantes Misse noluerunt presentes esse.</i> n.56 <i>Quod Exemplis illustratur.</i> 57. seqq. <i>An Electores Protestantes huic Misse presentes salva conscientia</i></p>
--	---

<i>scientia interesse possint. 60. sq.</i>	<i>An Imperator præsens an vero</i>
<i>Exempla. n. 64. seqq.</i>	<i>per Legatos in Capitulationem iurare debeat? n. 70</i>
<i>Electores præsentes ingrediuntur conclave Electionis. n. 67</i>	<i>Electores præsentes tantum ad</i>
<i>Imperatori Electo si præsens sit offertur Capitulatio. n. 68</i>	<i>Elevationem Imperatoris admittuntur, exclusis absentium Legatis. 71. & 72</i>
<i>Quid observetur eo non præsente. n. 69</i>	<i>Conclusio. n. 73. & 74.</i>

EXpositis præcedenti cap. quæ ad Præsentiam ipsius Imperatoris referri poterant, jam quoque tangendum erit quid circa præsentiam in Electione Imperatoria observandum.

2 Eligendum autem Imperatorem, quoniam successioni in Imperio nostro per LL. fundamentales, & præcipue per A. B. nullus relictus locus, amplius dubitari nequit, Et cum antea ab omnibus Imperii Proceribus electus esset Imperator, postea tamen vel consuetudine vel certa constitutione invaluit, ut tantum certis Principibus electio competeret, qui inde vocati sunt Electores, Et erant numero septem unde etiam nomen **3** Septemvirorum ortum. Hi vero Electores pingvioribus Privilegiis præ aliis Principibus fuerunt decorati, in specie vero **4** ipsis filis Electio & constitutio novi Imperatoris à Carolo IV. in A. B. confirmata, quam etiam ad hoc usque tempus constanter asseruerunt.

5 Vacante itaq; Imperio secundum præscriptum A. B. convocandi sunt Electores à Collegii Decano, qui est Moguntinus A. B. c. 4. §. 2. intra Mensem à die notitiæ instius vacantia, ut conveniant intra tres alios Menses. A. B. c. 1. §. 19. & eligant idoneum caput Imperii, ad quod etiam Jurejuramento adstringuntur, cujus formula habetur in A. B. c. 2. §. 7.

6 Verum quod de tribus mensibus dictum, moribus non semper servatur, quod nec factum in nupera Electione Leopoldi, moriebatur enim Ferdinandus III. anno 1657. d. 23 Martii, Electores convocabantur ad d. 4. Augusti ejusdem anni sed Electio demum

demum facta die 8. Julii Ao. 1658. Limn. ad A. B. c. 1. §. 18. Obs. 18.

Convocatis ergo sic Electoribus anne incumbit, ut præsentes in persona ad Electionem novi Imperatoris compareant, an vero etiam Legatos mittere ad diætam Electionis possunt? De Jure Can. interdictum quidem est, Procuratorem in Electionis negotio constituere, nisi Juramento quis confirmare possit, se justo impedimento fuisse detentum, nec insuper aliquis potest alii, nisi de ipso Collegio vices suas committere, cap. quia propter. 42. §. illud autem. X. d. Elect. & electi potest. De A. B. etiam introductum, quod comparere debeant præsentes, nisi justo Impedimento detenti. tit. 28. §. Quandocumq; 7
8
9
10
11
12

Attamen observantia contrarium Jus induxit, ita ut sine ulla adhibita distinctione liberum relictum sit Electoribus, an præsentes comparere, an vero Nuntios ad Electionem novi Imperatoris mittere velint, id quod etiam aliquo modo fundatum videtur in ipsa A. B. c. 1. §. præterea. 18. & §. Princeps. v. 2. Hi enim textus generaliter nulla adjecta limitatione loquuntur. vid. Arum. de Comit. Cap. 5. n. 49. Myler. in Addit. ad Ramel. P. 2. Diss. 6. th. 13. Et cum tam variæ magnæq; occupationes & impedimenta gubernatorum præsentiam expectantia in omni licet bene constituta gubernatione puncto temporis facile obtingere possint, ac impedimentum permanens in Electoribus ob negotiorum in Provinciis suis indies emergentium molem præsumatur, mirum non erit, si Electoribus Nuncios vice sua ad Electionis actum ablegare, ipsis vero domi manere licitum sit. Arum. d. l. Reces. Imp. de anno 1512. §. Es sollen auch die Chur Fürsten & s. Item haben Wir. Sane etiam exempla non desunt, quibus probari potest, Electores sibi hanc libertatem asseruisse, quæ per se unicuique nota erunt, uti & in nupera Electione Leopoldi plures ex Secularibus per Legatos comparuerunt.

Quando ergo Elector ad Electionis diætam ablegat Nuntium juxta A. B. c. 1. §. 18. mittere debet cum plena & omnimoda potestate mit vollenkommener Gewalt/ ac idonea instructione. Unde graviter controvertitur, an hoc mandatum ad

- certam personam in Imperatorem eligendam dirigi possit. ?
- 14 Quod communiter negatur, cujus enim Legati arbitrium ad certam personam restrictū, ille non habet plenam & omnimodam potestatem, si fortè utiliore videat, ut illi votum suū det, sed tenetur stare voluntati Principalis sui. Accedit quod Electionis vota non particularia, sed collegialia esse debeant, atque ita collegialiter in ipso conventu prævia deliberatione, & auditis aliorum rationibus ferenda sint. Reink. *d.R. S. & E. L. 1. cl. 3. c. 3. n. 8.* & ex eo Schutz. *Vol. 1. Disp. 2. tb. 13. Lit. B.* Wurmser. *Exercit. 2. tb. 6.* Huc spectat quod Limn. *d. j. P. L. 2. c. 3.* adducit aus der 6.
- 15 **Chur Fürsten Brüderlichen Vereinigung de anno 1521.**
 Ob es antresse Bestättigung oder Bewilligung zu einigen Sachen zu geben/ darin sollen Wir oder unser einiger nicht endliche Antwort geben/ noch einerley Beschliessung thun/ Wir thun es dann alle sämptlich mit einander oder mehrenthelle. Hinc cum Legatus Saxonicus in Electione Ferdinandi II. limitatum mandatum exhiberet, noluerunt reliqui eum ad actum Electionis admittere nisi mandatum plenum & generale produceret. Verum hodie nova cautela mandatum hoc generaliter concipitur & privata instructio datur Legato, quem eligere debeat, nam etiam ipse Elector, si præsens esset alium eligere non cogetur, quisque enim Electorum votum habet liberum. Limn. *ad A. B. c. 19. Obs. 7.* Dn. Præses *in not. ad Inst. Jur Publ. Magn. Dn. Rhetii L. 1. tit. 4. §. 22.* Myler. *in Addit. ad Rumel. P. 1. Disp. 2. tb. 14.* Rumel. *ad A. B. P. 2. Disp. 6. tb. 15. & in Addit.* Nuntius autem qui ab Electore si ipse non sit præsens mittitur, cujuscunque potest esse conditionis ac dignitatis, A. B. *c. 28. §. quandocunque. 6.* modo tamen sit legalis A. B. *c. 1. §. 18. h. e.* quod nihil ipsi objici possit, ne sit infamis, vilis vel abjectæ conditionis. Limn. *ad A. B. c. 1. §. 2. Obs. 6. n. 4.* In his enim non minus quam in aliis Legatis virtus & opinio virtutis requiritur, viles enim & abjectæ conditionis homines non solum se ipsos contemptui exponunt, sed & ipsis à quibus mittuntur dedecori sunt. Eapropter taxat Bodin. *de Republ. L. 6. c. 12. pag. 1059.* Ludovicum IX. Gallorum Regem, quod

quod Sartore pro Feciali, tonsore pro Legato, Medico pro Cancellario usus sit. Conf. Limn. d. l. c. 1. §. 18. obs. 22.

Hac occasione cum de Nuncio agatur, dubium suboritur, an Elector qui non est ipse in Electione praesens plures mittere possit Legatos? & si possit, an omnes Electioni interesse debeant? De priori nullum amplius dubium relictum, quoniam A. B. expresse hoc permittit, dum semper in plurali loquitur. ut c. 1. §. 28. ibi. *Suos Legales Nuncios* & c. 19. ibi. *ipsos* & *quemlibet eorum in solidum*. Experientia etiam à multis retro temporibus id testatur. Posterius etiam verisimiliter ex formula mandati Nunciis danda, quæ praescripta est in A. B. c. 19. colligere licet. Nam innuit ea, si plures Legati ablegentur, omnes & singulos eos veros & legitimos Procuratores fieri, ad tractandum una cum aliis Electoribus admitti, ita ut non debeat esse melior conditio unius præ altero, sed pariter omnes consultationibus super Electione habendis, loco & nomine Electoris non praesentis, cujus personam non unus tantum, sed omnes & singuli repraesentant, interesse queant. Neque hoc ideo inconueniens est, quod augeatur Electorum numerus, cum nihilominus unicum saltem habeant votum, licet admitterentur omnes, repraesentant enim personam sui Principalis, qui modo unum habet votum. Rumel. ad A. B. P. 2. Dissert. 6. Ut hoc ita probari possit ex praedicta mandati formula, tamen usus & observantia est in contrarium, ita ut unus constituatur caput Legationis, qui unâ cum aliis Electoribus intrat conclave Electionis, reliquis adjunctis Nunciis exclusis, idque non sine ratione. Ipse enim Elector praesens si adesset, tantum solus more consueto Senatuum hunc Electoralem ingredi posset, & in conclavi Electionis votum suum exponere, adeò ut nec alium, ne quidem ex Consiliariis Intimis in adiumentum sibi assumere queat. Cur ergo Electorales Legati pluraliter in Electione comparere audent. Legatus enim induit personam sui Principalis, & ex persona Domini sui aestimatur. l. 1. C. d. Off. Vicar. idemque Jus ei debetur, quod ei qui Legatum misit c. *praecipimus. ult. dist. 93.*

- Ideo non plus tribuendum ei, quàm competebat Ableganti, ne fictio plus operetur quam veritas. *arg. l. 23. d. Liber & Posthum. ibid.* DD. vid. Limn. *ad A. B. c. 19. Obs. 5.* Et cum Electioni Caroli V. anno 1529. Legati Bohemi interesse vellent omnes, hoc ipsis à reliquis Electoribus fuit denegatum admissio tantum Legato Principali Dno. de Sternberg, reliquis tribus exclusis. vid. Goldastus in den Politischen Reichs-Händeln. P. 1. tit. 17. fol. 29. & 30. & ex eo Limn. *d. l.* Rumel. *ad A. B. P. 2. Dissert. 6.* Deliberationibus tamen quarum multæ instituuntur ante Electionem, Legati omnes interfunt, imo post Electionem factam reliqui quoque Legati intrant Electionis Conclave, vocati tanquam testes factæ Electionis Magnif.
- 28 Dn. Rhetius in *Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 4. §. 34.* Sic in nupera Electione Legatus Brandenb fuit Princeps Mauritius de Nassau, postea vero pariter ingressi Conclave Dnus. de Canstein, Dnus. de Jena, & adhuc 3, alii recensiti in *Diar. Europ. p. 874.*
- 29 Si itaque Electorum aliquis neque ipse in Electione præsens est, neque Nuntium mittit, an potest per Literas vel in
- 30 Scriptis votum transmittere? Non admittitur hoc de A. B. Ita enim sancitum est, ut Electores ad Electionem vocati vel compareant præsentem, vel prædicto modo suos legales Nuncios ablegant, aut ni alterutrum horum fecerint, poena certa constituta est. *c. 1. §. 21.* His accedit textus Juris Canonici in *c. Si quis justo. 46. §. Absens. d. Elect. in 6to.* Ubi absentes de Capitulo vota sua nullatenus per literas exprimere possunt. Electionis enim hoc singulare est, ut non nisi viva voce fieri possit. *c. quia propter. X. d. Elect.* Quod tanto magis in Electione Imperatoris verum est, cum Electores vota sua collegialiter, ut antea adductum, non in diversis locis vel scriptura interponere debeant. Electionis autem hic actus tanquam Collegialis est, & individuus. *c. Genesis. d. Elect. c. cum omnes. X. d. Constit. quia propter. d. Elect. arg. l. 2. c. d. Decur. & l. nulli. ff. Quod quisq. univers. conf Schutz. vol. 1. Diss. 2. tb. 14. Rumel. ad A. B. P. 2. Diss. 6. Add. Strauch. Dissert. Exot 4. tb.*
- 33 25 p. m. 113. Ante A. B. autem licitum fuisse Electoribus vota sua

sua per literas transmittere, constat ex Electione Richardi, A-
 vent. *L. 7. Annal. Bojic. ibi:* Et adversus Anglum, tabulis ab-
 sentes suffragia ferebant. Et Electione Ludovici Bavari. Cu-
 spin. *sub Rubr. d. Divis. Imp. temp. Frid. & Ludov. p. 368. ibi.*
 Principes non omnes Francofurti convenerunt, sed alii per
 literas vota sua explicarunt. Si itaq; non potest Elector aliquis 34
 transmittere in Scriptis votum suum, an ergo si se non præ-
 sentem in Electione sistere vult, potest CoElectori præsentem vo-
 tum suum demandare? Id colligitur ex *A. B. c. 1. §. 1.* Affir-
 matq; Limn. *ad A. B. c. 1. §. 1. obs. 7. n. 5. Schutz. Diss. 2. th.*
13. Lib. A. Schwed. P. Spec. Sect. 1. c. 2 §. 14. Quod etiam fecisse 35
 dicitur Wenceslaus Bohemiæ Rex anno 1291. obtulit enim vo-
 tum suum Moguntino, cum mortuo Rudolpho I. novus Impe-
 rator eligendus esset, hicq; illud consentientibus reliquis Ele-
 ctoribus acceptavit, & tam suo quam Bohemiæ Regis nomine
 elegit Adolphum Nassovicum. Elector autem legitime voca- 36
 tus si neq; præsens, neq; per nuncios compareat, ista vice
 electionis voce privatur *A. B. c. 1. §. 21.* Absentium siquidem
 legitime vocatorum ratio non habetur, adeo ut præsen-
 tes, eorum absentia non obstante electionis actum perficere
 possint. *l. Rescript. 10. ff. d. Pactis R. J. d. anno 1529. §. und damit* 37
man solche: ibi: So sollen nichts desto weniger die so zuæegen in
dem allen unverhindert fortfahren. R. J. d. anno 1541. §. Wir auch
Churfürsten p. m. 258. ibi. Wo aber jemand zu solchen Tag die
seinen nicht abfertigen würde / so sollen nichts desto weniger die er-
scheinenden im Handel fortfahren / und was die Nothdurfft erfo-
dert bedencken / rathschlagen / und schliessen & in §. seqq. Und
was also beschlossen worden das sollen die Abwesende gleich wie
andere zu halten und zu vollenzichen pflichtig und schuldig seyn. add.
R. J. d. anno 1542. §. und das aber in diesem p. m. 277. ibi: und
solcher ihr Beschluß die Abwesende nicht weniger binden als ob sie
 selbst zu gegen weren. Si vero Elector non sit vocatus, & ita 38
 non comparea, tunc poena locum non obtinebit, præsertim cum
 tota Electio per eum quem vocari oportuit, si vocatus non sit
 annullari imo cassari possit. *c. quod sicut. extra d. Elect. vid.*

- Limn. ad A. B. c. 1. §. 21. obs. 1. Rumel. ad A. B. P. 1. Diss. 2. Reink. d. R. S. & E. L. 1. cl. 3. Tardius autem veniens seu ipse præfens, seu per Legatos in eo statu admitti debet, in quo est electio adventus sui tempore. A. B. c. 2. §. 7. Limn. c. l. obs. 4.
- 40 Quid vero de illis dicendum, qui quidem comparent præfentes, ante tamen factam Electionem iterum discedunt? Si reliquerint Legatum vel constituerint Procuratorem res est clara, is enim eorum vicem subeundo idoneum eligere potest, si vero discedant futuro Cæsare nondum electo, nec Procuratore solenniter relicto, Electionis voce seu Jure quod in ea Electione habuerunt, & tali modo deseruerunt, ea vice carebunt. A. B. c. 1. §. 23. Postquam enim Jurarunt Electores, se electuros Imperatorem, id præstare tenentur, ergo salva conscientia, & præstita fide non possunt abire ante Electionem peractam; Jure canonico quoque statutum ut recedens vocem quam in Electione habuit amittat. c. licet x. d. Elect. Limn. d. l. c. 2. §. 3.
- 41 obs. 3. Si autem Electores ipsi vel præfentes adsint, vel etiam per Legatos, an illa Electio habenda pro perfecta quæ à pluribus facta? Cum Electio hæc pertineat ad Electores tanquam ad Collegium, non ad singulos, uti antea dictum, idcirco quod major pars facit in eligendo, id firmum erit, sicut in aliis actionibus Collegii. l. quod major 16. ff. ad Municip. cap. 1. & fin. x. de his quæ fiunt à maj. part. capit. R. J. d. anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten ibi: oder der mehrer theil aus ihnen:
- 42 A. B. c. 2. §. 4. Dubitari poterit de hoc asserto, cum secundum notissimam Juris regulam quod omnes tangit, ab omnibus approbari æquum sit c. quod omnes d. R. J. in 610. Respondetur autem distinguendo, quædam esse communia pluribus ut universis, & quod tunc facit major pars, omnes facere videntur, ut in hoc casu ubi Electio ad universos pertinet, quod satis probatur ex A. B. c. 4. §. 3. Quædam esse communia pluribus ut singulis, & tunc quod facit major pars omnes facere non videntur. Nec adversatur quod Imperator eligendus concorditer. R. J. d. anno 1566. in pr. ibi: Durch unser und des Heiligen Reichs Churfürsten einhellige Wahl. Concors autem
- tem

tem Electio videri non possit, quando quibusdam discrepantibus, non omnes consentiunt. Nam concordia hic requiritur non respectu singularum personarum, sed respectu actus ad cuius perfectionem etiam concordia majoris partis sufficit, ut est in *tex. Aa. Ba. c. 3. §. 4. ibi: Ipsi vel pars ipsorum major numero elegerit, talis Electio perinde haberi, & reputari debebit, ac si foret ab ipsis omnibus, nemine discrepante concorditer celebrata.* Verbum itaque concorditer non refertur ad singulos, sed ad Collegium vel majorem ejus partem. vid. Reink. *d. R. S. & E. L. 1. Cl. 3. c. 5.* Myler. *in Addit. ad Rumel. P. 1. Dissert. 3. tb. 8.* Quæ autem major pars dicatur. vid. Schutz. *vol. 1. Diss. 2. tb. 15. lit. C.* Rumel. *P. 1. Diss. 3. tb. 9.*

Vidimus antea Majorem Electorum partem si reliqui vel 44
sint absentes vel discrepent à cæteris, concludere, Quid vero
si major pars omnino emanerit, aut ante finitam Electionem
discesserit, poteruntne reliqui præsentés ad electionis actum
procedere? Quod statuendum omnino videtur propter ratio- 45
nem quæ desumitur *ex §. 21. c. 1.* Ubi constituitur, Electorem
nec præsentem in propria persona comparentem, nec Legales
suos Nuncios transmittentem, aut alterutrum quidem facien-
tem sed ante Electionem discedentem, votum amittere, quod
illa vice habiturus fuisset, non poterunt idcirco qui non præ-
sentes adsunt, utpote privati votis suis Electionem impedire.
Quo spectat etiam *c. quod sicut 28. pr. vers. si autem Miridi-
nensis x. d. Elect.* Ubi habetur, tum demum infirmam
esse Electionem, si qui vocandi erant, vocati non fuerint, neu-
tiqvam vero si vocati ad Electionem accedere noluerint.

Hinc & si unus solus sit, illum vocatis testibus votum 46
suum dicere & postea eligere Electionemq; publicare posse, rece-
ptum in Electione Canonica *c. 41. x. d. Elect.* Licet enim unus
non sit universitas, retinetur tamen per eum Jus universita-
tis. *L. sicut. 7. Quod cujusque univ. nom.*

Ne etiam illorum absentia vergat in grave universi Impe-
rii detrimentum *arg. l. 45. C. d. Decur.* Hoc statuendum fuit per *al-
leg. tex. Aa. Ba.* detrimentum enim sine dubio sequeretur, si illi qui
non

- non præsentibus fuerunt, possent Electionem reddere nullam, cum sic Imperium non solum sine Capite maneret, sed & inde varii motus sequerentur. vid. Reink *d. R. S. & E. L. 1. Cl. 3. c. 3. n. 4* Arum. *Discurs. 2. ad A. B. th. 18.* Schutz. *vol. 1. Diss. 2.* Schweder. *P. Spec. C. 2. §. 15.* Limn. *ad A. B. c. 2. §. 4. Obs. 1. n. 2.* Observatum id quoque fuit in Electione Ruperti ubi tres tantum adfuerunt, reliquis non comparentibus, testante Trithem. *in Chron Spanh. ad annum 1410.*
- 48 Ut antea de Legatis audivimus, illos ad Electionis actum ab Electoribus non comparentibus mitti posse, ita incidenter porro proponendum, an illi occupent locum suorum Principalium, quam haberent si præsentibus adessent? Et hoc notum est, Electorem præsentem in sedendo præferri Legato absentis, quamvis ille absens Elector alias esset prior in sessione si sit præsens, quod probatur *arg. §. quândocunq; 6. c. 28. Ae. Be. vid. Limn. ad Am. Bm. c. 4. §. 1. Obs. 9. p. 248. inf.* verum hæc hoc loco tantum incidenter tetigisse sufficiat, plenius videbuntur in Cap. V. ubi de præcedentia erit agendum.
- 49 Vota tamen proponunt Legati eodem ordine quo proponerent ipsorum Principales si essent præsentibus. vid. Magnif. Dn. Rhet. *in Inst. Jur. Pub. L. 1. tit. §. 4. 27. in fin.* Rursum in præstando Juramento, quod fit ante Electionem uti vid. est *ex §. 2. c. 2. Ae. Be.* Electores in persona præsentibus licet ordine posteriores tamen absentium Legatis præferuntur *d. Inst. Jur. Publ. d. l. Limn. ad A. B. c. 2. §. 1. obs. 1. & ult. n. 4.* Schweder. *P. Spec. Sect. 1. c. 4 §. 19.* Qui ordo autem in præstando Juramento servari debeat, non specialiter in A. B. exprimitur, potest tamen verisimiliter colligi *ex c. 2. §. 2. vel ex c. 4. §. 4.* in nupera Electione primo Trevirensis prælegit Juramentum Moguntino, quo præstito Jurarunt reliqui Maguntino, Trevirensis, Coloniensis, Rex Bohemiæ, Elector Palatinus, Legatus Bavarus, Legatus Brandenburgicus referente Limn. *ad A. B. c. 2. §. 1. obs. 1.* In convivio quoque post Electionem Imperatoris præsentibus Electores tantum sibi stratis assident mensis, absentium vero Legati non accumbunt, nec apponuntur quoque fer-

fercula in absentium mensis. *A. B. c. 28. §. 6. Inst. Jur. P. L. 1. tit. IV. §. 51.* Schweder. *p. 395.* Denique in processione 53 quando Electores & absentium Legati ad eligendum Imperatorem ædem D. Bartholomæi intrant, præsentium Electorum honor major est quam Legatorum, nam observatur, ut Electorem præsentem præcedat ejus Mareschallus hereditarius, quando vero Elector non ad est in persona, Legatum ejus nemo præcedere solet. *Limn. d. l. Schweder. d. l. §. 19. p. 227.* Processio autem hæc fit æquitando, & Mareschallus quisque gladium præfert inauratum, sed non evaginatum, vid. *Diar. Europ. p. 871.*

Postquam jam ad templum perventum, ubi Electio celebra- 54 branda & ingressus factus, initium fit ab invocatione nominis divini, ut Spiritus S. sua gratia corda Electorum regat ac dirigat in Electione futura, cum nulla difficilior deliberatio de ulla re humana incidere possit, quam de Imperatore eligendo, unde etiam divino auxilio quam maxime opus est. *Limn. tom. 1. Jur. Publ. L. 2. c. 3. n. 35.* Ideoque sancitum in *A. 55 B. c. 2. §. 1.* ut Missa celebretur; quæ fieri debet in omnium Electorum præsentia, ita tamen ut in ipsorum arbitrio constitutum sit, an huic missæ præsentibus interesse, an verò discedere tamdiu velint, donec hic actus finiatur. Ubi enim Romano Catholica Religio in Germania communis fuit, Electores omnes ad audiendam missam, quæ decantabatur ante actum Electionis præsentibus accesserunt, imo vi Religionis suæ ad id fuerunt obligati, vulgo enim arbitrantur Pontificii, Missæ celebrationem in tantum esse necessariam ad hunc actum, ut ea omissa tota Electio vitietur. *Nic. Boer. in addit. ad Mant. d. 56 Elect. P. 1. c. 19. Fr. Marci Decis. 1250. P. 1.* Postquam verò nonnulli ex Secularibus Electoribus religionem à traditionibus Pontificum, atque superstitiosis ritibus purgatam amplexi essent, & vanum esse omnem cultum extra verbum & sine verbo Dei, non sine veritate assererent, atque talem esse missæ actum cognoscere cepissent. *Chemnit. in P. 2. Exam. Concil. Trident. tit. de Missa.* aliud tractu temporis obtinuit. Pontificios

- tificios quidem suis ritibus vivere siverunt, ipsi vero missa durante, quam damnabant, amplius præsentes interesse noluerunt, sed in proximum conclave secesserunt, & postquam ea,
- 37 finita, reversi sunt ad occupandas sedes suas. Atq; hoc à tempore Electionis Maximiliani II. sæpissimè à Protestantibus fuit observatum, Nam dum electus fuit Maximilianus, Palatinus, Saxo, & Brandenburgicus ex Choro discesserunt in conclave, insequentibus eos Wilhelmo Landgravio Hassiæ, Georgio Palatino, Francisco Lauenburgico, Anhaltino, aliisque pluribus, una cum suis Consiliariis & tota Familia, permanserunt ibi, donec missa ad coronidem esset deducta. Goldast.
- 58 *in Polit. Imper. P. 1. Disc. 13.* Et cum eligendus esset Matthias Imperator, ac Moguntinus missam celebrare cœpisset, Palatinus, Saxo, & Brandenb. Legatus, qui sacris istis nequaquam præsentes interesse voluerunt, surgentes secesserunt in sacellum, quod propè chorum est, cum Consiliariis Aulicisque suis. Goldast. *d. l. disc. 14.* Idemque factum in Electione Ferdinandi II. ab omnibus tribus Electoribus Secularibus. Ac in Electione Ferdinandi III. tantum ab unico Legato Electoris Saxonici, à tempore autem Ferdinandi IV. R. Romanorum omnes adfuerunt. vid. Limn. *ad Am. Bm. c. 2. §. 1. obs. V.* Schweder. *in Introd. ad Jus Publ. P. Spec. Sect. 1. §. 19. p. m. 228.*
- 60 An autem salva conscientia Electores Protestantes huic missæ, quæ fit dum Imperator eligendus, præsentes interesse possint, hic meritò in disquisitionem venit? Sanè si missa ali-
- 61 ve ejusmodi actus Idololatricus Protestantium præsentia approbari debeat, ut eo firmiter stabiliatur, sententia firma est, ac verbo Dei probata, quod Evangelici Principes absque læsione conscientia officio missæ interesse nequeant, nam hoc esset veritatis semel cognitæ abnegationis species, & quamquam Imperator hoc jubeat, tamen in hoc passu Deo plus
- 62 obediendum quam hominibus. *Act. 15.* Secundum exemplum Eleazari. *2. Macab. 6.* In hunc modum quoque responderunt Principes Protestantes Carolo V. Imperatori, ad Processionem in Festo Corporis Christi ab eo vocati & invitati in Comitibus

tiis Augustanis anno 1530. Si verò præsentia Protestantium, Electorum ideo requiratur, ut præstent officia Cæsari debita, sine omni conscientiæ vulnere ipsos comparere & præsentibus interesse posse dubitandum minimè est, consentientibus magni Nominis Theologis, quod enim hoc casu ab Electoribus requiritur, non fit propter confessionem & approbationem, sed officii causa. Quemadmodum ergo sunt & nominantur Electores Seculares vel Politici, ita etiam eorum officium in hoc actu est Politicum, & illi nihil aliud quam hoc præstant, propterea sicuti modo dicti Electores in reliquis secularibus negotiis obtemperant Imperatori, ita & salva conscientia hæc officia præstare possunt, utpote de quibus expresse investiti fuerunt. Ideoque cum in Comitibus Augustanis anno 1530. Cæsar Electorem Saxoniam Johannem sibi de more ad Missam eunti gladium præferre jussisset, ille re deliberata, cum Theologi hoc approbarent, dicentes, quod ad suum officium esset vocatus, non ad Missam veluti ad cultum divinum, præsens adfuit suumque officium Cæsari præstitit. Vid. Georg. Cœlest. in Act. Comit. August. anni 1530. ad d. 19. Junii, & ex eo Schutz. vol. 1. Diss. 10. th. 12. Lit. E. Carpz. ad L. Reg. cap. 11. Sect. 7. Exemplum quoque Sacra Scriptura suppeditat de Nahamane Summo Militiæ R. Syriæ Duce, qui ex Gentilismo conversus verum agnoscebat Deum cultumque ejus, confitendo fidem suam Prophetæ Elisæo, promittebat, inluper, se nolle sacrificare aliis Diis Gentilibus præterquam Summo vero Deo, si autem cum Rege suo forte introiret Templum, Rimmonis Deastri, ut præstaret Domino suo solitum officium, petebat, ut Deus ipsi ignosceret, cui assentitus fuit Propheta, dicens, abi in pace. 2. Reg. c. 5. per tot. Hic Nahaman, quamvis agnosceret verum Deum, neque ipsum lateret Dominum suum sacrificare Deastro, tamen quia alias officium præstabat Regi suo, comitans illum in ædem Rimmonis, ubi usque ad finitum cultum manere oportebat, Propheta hoc nequaquam ipsi prohibuit, sed potius dixit, abi in pace. h. e. Salva conscientia officio tuo fungi potes, nullum idcirco tibi scrupulum conciliare opus habes. In hac re tamen.

tamen cautè procedendum esse monent Theologi, ut sc. præcedat excusatio, & imploratio Cæsareæ Majest., de absentatione permittenda, vel si hoc obtineri nequeat, salva conscientia Missæ præsentis in hunc modum interesse possunt Electores, præmissa sc. protestatione, quod sua præsentia putativum hunc cultum Divinum neuiquam approbare velint, sed præstarent Officia sua in honorem Cæsareæ Majest. hoc modo Politicum exhibituri officium, non Deo cultum, qui nullus esset in hac ceremonia, & ne Cæsarea Majestas ideo succenseat, si ipsi ad salvandam conscientiam nullam huic Sacrificio reverentiam exhiberent, utpote quæ sit signum adorationis & approbationis. Uti monet & simul quæstionem hanc exponit Balth. Bidenbachius Concionator Aulicus Wurtemb. in *Responso ad requisitionem Protestantium. Francofurti. d. 27. Nov. 1562. dato, quod est Consil. 1. Decad. 5. Consil. Theolog. Bidenbachii.* Integrum hoc recenset. Carpz. ad *L. Reg. c. 11. Sect. 7. n. 15. & Arum. d. Comit. c. 7. n. 9.*

- 67 *biv* Peracta missa, & præstito dein Juramento, quod habetur in *A. B. c. 2. §. 2.* Electores præsentis & absentium Legati Principales, intrant conclave Electionis, cujus fores à Vice-Marescallo recluduntur, ubi Moguntinus colligit vota, & dein publicat, explorato Electi consensu, referantur postea fores, & advocatur Cancellarius Moguntinus cum duobus Notariis, qui conficiunt instrumentum unum vel plura super hoc Electionis actu.
- 68 Antea tamen Electo offertur Capitulatio & si præsens sit statim rogatur, an eam servare velit? cum annuit, deducitur ad Altare, & Jurat verbis conceptis in dictam Capitulationem.
- 69 Si verò Electus non sit præsens, Capitulatio ipsi transmittitur & si de ejus observantia se declaret, declaratione facta die statò advéniente in templum ad Altare deducitur, & in
- 70 Capitulationem Jurat, An vero ipse præsens an autem per Legatos jurare debeat disquiritur? Et potius ipsum præsentem propter usum in Imperio receptum jurare debere verius est, & quidem non verbis tantum, sed etiam corpore, h. e. digitis duobus manus dextræ vel elevatis, vel impositis Evangeliorum Codici, testante

stante Conringio. *Dissert. d. Capit. th. 50. quæ adjuncta est Exercit. d. Republ. Imperii German. add. Arum. vol. 2. Disc. Acad. Disc. 25. c. 20. n. 12.* Magnif. Dnus Rhet. *in Inst. Jur. P. L. 1. tit. 4. §. 35.* Postea electus Imperator, qui super Capitulationem jam Juramentum dixit, ad summam Aram deductus super eam ab Electoribus elevatur, & si omnes sunt præsentés, id omnes peragunt; si non omnes in persona adíunt, sed quidam per Legatos, hi ab Elevatione illa excluduntur, sicuti & ubi Electores impari sunt numero. v. gr. si adsint tres Ecclesiastici & duo Seculares, duo solú Ecclesiastici cum præsentibus duobus Secularibus id Officium Electo Imperatori exhibent, ut numerus parificetur. vid. Spreng. *Inst. Jur. Publ. L. 1. c. 29.* Deinde Vicarii Electorum, Imperatore de altari levato, Electoribus si præsentés adsint Insignia solita tradunt, illis vero non præsentibus sibi servant. Spreng. *d. l. p. 179.* & ex eo Schweder. *in Introd. ad Jus Publ. P. Spec. Sect. 1. c. 2. §. 8. p. m. 274.* Tum denique Electus Imperator, Comitibus omnibus Electoribus & Principibus præsentibus in Palatium deducitur. Et sic tandem finitur Electionis actus.

CAPUT. IV.

DE

JURE PRÆSENTIÆ IN
COMITIIS.

SUMMARIÆ.

Connexio.	n. 1.	Quando celebranda.	10.
Descriptio Comitiorum.	2.	Imperator ea indicit.	11.
Comitiorum usus antiquissimus apud Germanos.	3.	Requiritur tamen Electorum consensus.	12. seqq.
Eorundem utilitas.	4. seqq.	Vocantur ad ea Stat9 Imperii.	21.

<i>An Status in propria persona præsentem comparere debeant?</i>	<i>An eapropter è Statuum numero excludendus sit.</i>
22. seqq.	68. seqq.
<i>Exempla veterum adducuntur.</i>	<i>An Imperator Comitibus præsens interesse debeat.</i>
26. seqq.	74.
<i>Statibus hodie liberum est an ad comitia præsentem comparere velint vel non?</i>	<i>Negatur.</i>
34. seqq.	75. seqq.
<i>Imperii necessitate exigente Imperator Status serio admonere potest, ut præsentem compareant.</i>	<i>Imperator qui non est præsens ad Comitibus mittit suos Commissarios.</i>
40. 41.	78.
<i>Exemplum.</i>	<i>Quod exemplis illustratur.</i>
42.	79. seqq.
<i>Limitatio.</i>	<i>Status præsentem vel absentium Legati si ad locum Comitiorum venerint præsentem suam statim indicare debent Imperatori.</i>
43.	83.
<i>An utilius ut Principes ipsi præsentem compareant?</i>	<i>Curialia quæ observantur in audientia præstanda Statibus præsentibus & absentium Legatis à Cesare.</i>
44. seqq.	84.
<i>Non discedunt Status nisi Imperatoris venia ab Imperatore.</i>	<i>Certiores de præsentem sua reddere debent Mareschallum Imperii.</i>
49.	85. 86.
<i>Hujus Exemplum.</i>	<i>Et eandem quoque significare Cancellaria Moguntina.</i>
50.	87.
<i>Status plane emanentes, quæ à præsentibus decreta fuerunt perinde observare tenentur ac si ipsi præsentem ad fuerint.</i>	88.
51. seqq.	<i>Convocantur Status à vice Mareschallo ad propositionem Cesaream.</i>
<i>An si major pars non fuerit præsens, illa quæ à minori parte decreta legis vim habeant?</i>	89.
57. seqq.	<i>Quid observetur Electore Saxonie præsentem.</i>
<i>Qui singulari privilegio sunt muniti neq; per Legatos neque præsentem in Comitibus comparere tenentur.</i>	90.
63.	<i>Status præsentem Imperatorem in templum comitantur.</i>
<i>Impetravit hoc Rex Bohemia.</i>	<i>Reducitur Cesar in curiam, ubi propositio prælegitur.</i>
64. seqq.	93.
	<i>Confœtaria.</i>
	94. seqq.
	Uti

UTi in præcedentibus proposita, quæ ad constitutionem Imperatoris, quæ fit per electionem, pertinebant, itemque quid circa præsentiam in Electione ejus observandum, jam porro erit videndum, quid ad restrictionem potestatis Cæsareæ ne se in infinitum extendat sit observandum, facit autem maxime ad hoc ut libertas Germaniæ Statibus asservetur comitiorum celebratio, utpote quæ nihil aliud sunt quam conventus totius corporis Imperii, aut certæ partis, ad aliquid deliberandum decernendumve totius Reipubl. vel Imperii causa instituti, dicente Rumel. *ad A. B. P. 2. Diss. 3. tb 3.* vel Imperii causa instituti Conventus, Arum. *d. Comit. c. 1. n. 2.* Ideoque de Comitibus & præcipue quid circa præsentiam in iis notandum, hoc capite prosequendum erit.

Omnino autem uti apud alias Gentes, ita etiam nostros Germanos Senatum Generalem omnium Imperii ordinum convocari, ab antiquissimis temporibus fuit receptum, in quo Imperator de illis omnibus, quæ ad communem Civium salutem, ac totius Imperii utilitatem spectant informari solet. Conring. *d. Republ. Imperii Germ. Dissert. 9.* Quorum utilitas tanta, & necessitas tam magna est, ut nullius autoritate, vel etiam respectu ullo, siquidem Rempubl. & Imperium nostrum salvum esse velimus, impediri queat, Arum. *d. l. c. 1. n. 7.* Utilitas etiam eorum facile exinde colligi potest, si videamus, quam gravissimæ lites, quæ inter ipsos Imperii Status aut etiam alios quam sæpissime exstiterunt, ducti autoritate præsentis Imperatoris & aliorum Statuum, amicabiliter fuerint compositæ, & adhuc si incidant componi utique possint, renascentes subinde de Pace religionis, fæderibus, bello, Legibusque quæstiones, variaque Tributorum, Monetarum aliaque molimina pro tuitione Imperii sine longo litis sufflamine, tractata & decisa: ut hinc recte de Comitibus Imperii nostri asserere liceat, quod Philip. Matth. *L. 3. narrat c. 1. n. 5. in vit. Henrici IV. R. Gallie*, de Parlamento Parisiensi dixit. Augustissimus totius Imperii Senatus, melior pars Reipubl. arbitrium Principum.

Principum, refugium innocentia, & robustissimum repagulum, inter potentiam Magnatum, & imbecillitatem pauperum, scaturigo & fons cœterorum Comitiorum, dignus ille Senatus tanquam Cor & Clypeus Imperii, & magnitudinis Imperatoris ac quædam quasi effigies, prisca illius ac veteris Majest. quæ omni veneratone à summis infimisque habeatur. Nequaquam autem illi audiendi sunt, qui contendunt Majestatem Imperatoris per hoc imminui: verum quidem est, quod per comitia restringatur ipsius potestas, ne sit infinita, ut per hanc Statuum Jura diminuere pro lubitu & deteriora reddere possit, aut ex parte Imperatoris utilitate quoque sua non destituuntur, si enim videant Cives graviora ex Consilio ordinum & statuum Imperii agi, libentius iis quæ decernuntur parent, quæ enim consilio plurium geruntur, non nisi æqua justaque esse putantur. Sunt insuper Comitata libertatis Principum & Statuum Germaniæ species, cum illi non tantum Imperatori adsint tanquam nudi consiliarii, sed simul suffraganei, qui in comitiis non Consilium tantum, sed & suffragium, ferunt. Myler. ab Ehrenbach *d. Princip. & Stat. c. 96. n. 2.* Et per hoc facile in officio continere possunt illos, qui apud Cæsarem in magna sunt gratia, quorum nutu diriguntur omnia. Exemplum est in Alberto Wallensteinio Duce Fridlandiæ, qui apud Cæsarem Ferdinandum II. poterat omnia, & non parum sua potentia nocebat libertati Statuum, ille in Comitiis Ratisbonensibus anno 1630. quamquam ab initio contradicente Cæsare publ. à Statibus ab officio depositus & exautoratus fuit. vid. *Flor. Germ. L. 3. p. m. 211.* Totius enim Imperii gravamina, quæ in Comitiis à summis infimisque libere proponi solent non facile ita occultari possunt. Convertendi sunt oculi in Statum Imperii nostri, nonne Is consiliis, quæ Cæsar in Comitiis cum Statibus inire solet innititur ceu columnæ? Malum imminet Reipubl. Ecce salutari hoc remedio mature obviam itur, Consultandum de magni momenti causis? Convocantur undique sapientissimi. Labescenti Imperio suppetiæ ferendæ? statim succuritur, dicente Bertram. *disp. d. Comit. Posit. 2. & ex eo Schütz. vol. 1. Disp. 10. tb. 1. Lit. E. in fin.* De

De Comitiorum utilitate ex his satis luculenter consta-¹⁰
bit, Nunc quoque paucis considerandum erit, quando cele-
branda, & à quo indicenda. Sunt verò Comitia celebra-
nda quando Imperii necessitas exigit, olim quidem tempore
Caroli M. singulis annis bis Comitia habebantur, testante
Hincmaro Archiepiscopo Remensi, & Caroli M. Consiliario.
Epist. 3. c. 29. Sed hoc tractu temporis in desuetudinem abiit,
aliquo modo autem revocatum fuit à Sigismundo & Maxi-
miliano I. Imppp, ita ut semel in anno haberentur, quod con-
stat. ex *R. J. d. anno 1495. §. Es sollen / ibi So zur Jährli-*
chen Versammlung kommen auff's wenigste einen Monat bey ein-
ander bleiben. Sed ne hoc quidem observatum fuit, quod sa-
tis notum est. Comitia itaque si sunt celebranda, nemo ¹¹
nisi Imperator indicit, cui tanquam capiti Imperii hoc reser-
vatum esse dignoscitur, non tamen potest simpliciter, sed ita, ¹²
ut in indictionem prius consentiant Electores, cum quibus
consilium de indictione communicare debet. Vid. *R. J. d. 20.*
1576. §. 4. ibi. Als haben Wir mit Raht und Beliebung unserer ¹³
und des H. Reichs ChurFürsten / nicht ümbgehen mögen / eine ge-
meine Reichs-Versammlung außzuschreiben. R. J. d. anno 1582. §.
Derhalben. ibi. Haben Wir auf Raht und Gutachten unser und
des Heil. Reichs ChurFürsten / einen gemeinen Reichs-Tag benen-
nen und außschreiben lassen. R. J. d. anno 1594. §. Wann aber
diese / ibi: so haben Wir mit Vorwissen und Bewilligung Unser
und des H. Reichs ChurFürsten diese Reichs-Versammlung auß-
schreiben und ankündigen lassen. Idem Constitutum in R. J. d.
anno 1598. §. Als aber dazwischen. R. J. d. anno 1603. §. Hierüm
diemell. & multis Imperii constitutionibus, quas recensere ni-
mis longum foret. vid. *Rumel. ad A.B. P. 2. Diss. 3. th. 5. Schutz.*
vol. 1. Diss. 10. th. 2. lit. D. Electores autem cum causas ad Co-¹⁴
mitia cogenda sufficientes cognoscunt, suum consensum Im-
peratori minimè denegant, imo ipsi quandoque urgente ne-
cessitate, ad id Cæsari Autores svasoresque existunt. *R. J. d.*
anno 1555. §. Und so abermahls die versamlete ChurFürsten &c,
De origine autem hujus consensus, quando necessarius esse coepe-¹⁵
rit.

rit nihil certi statui potest, quidam eum deducunt à tempore Maximiliani I. propter R. J. d. anno 1590. pr. alii aliter. vid. Myler. in *Addit. ad Rumel. P. 2. Diss. 3. th. 5.* Sane si historiarum monumenta inspiciamus, clarescit, veteris ævi Imperatores absque ullius consensu ordines convocasse, uti de Carolo M. tradit Eginhardus in *vita Caroli M.* Sigismundus Imperator solus & propria autoritate anno 1437. Status ad Comitia vocavit, Lehmann. in *Chron. Spir. L. 7. c. 92.* Ita etiam Fridericus III. aliquoties Comitia indixit. Lehmann. *d. l. L. 5. c. 78. fol. 582.* Conf. Arum. *d. Comit. C. 3. n. 11.* Cùm verò observaretur à Statibus, Priscos aliquot Cæsares non magna sæpe necessitate motos Comitia indixisse, Electores ex re fore arbitrati sunt, si hanc Imperatoris potestatem nonnihil limitarent, & cum usque ad tempora Caroli V. hæc potestas durasset, ab ipso Carolo postulatum fuit, ut se adstringeret ad hanc legem: nulla Comitia in posterum absque Electorum consensu celebratum iri, cui sanctioni etiam tum temporis Carolus non contradixit, sed se ad illam Jurejurando obligavit. Sleid. *d. Statu Relig. L. 1. vid. Capit. Caroli V. Art. 12. ibi. Keinen Reichs. Tag ohn Wissen und Willen der 6. Churfürsten ansetzen noch aufschreiben.* Limn. in *Comm. ad hunc. Art. 12.* Ex hoc itaque tempore nulla Comitia irrequisito Electorum consensu ab Imperatoribus fuerunt indicta, ut satis apparet ex Recessibus Imperii antea adductis. Et si fortè hodiernum ab Imperatore negligeretur Electorum consensus, ipso Jure actus esset nullus. Rumel. *ad A. B. P. 2. Diss. 3. th. 6.* Schutz. *Vol. 1. Diss. 10. Lit. A.* vi enim Capitulationum, quibus ad id se obstrinxerunt Imperatores, tenentur hoc observare *vid. Capit. Leopold. Art. 17.* Quoties ergo forma alicujus actus à Lege vel ab homine data, non observatur, actus ipso Jure corrumpitur, ac pro nullo habetur *l. 8. §. 17. ff. d. Transact. c. 42. X. d. Elect. c. 52. causa 12. qu. 2.* Et quod nullum est, nullum parit effectum *l. 5. C. d. LL. l. 7. §. 2. ff. d. Bon. possess. contra tab. Gail. L. 1. obs. 21. n. 12.* Consensus autem Electorum ad Substantiam Comitiorum requiritur, propter verba *Capit. Ferdinandi II. Art. 10. & Ferdinandi III. Art. 13. ibi*

ibi. Ehe und bevor der 6. Chur Fürsten Consens durch sonderbare Beschickung dazu eingehohlet. vid. Myler. *Addit. ad Rumelin. P. 2. Diss. 3. th. 6.* Gail. *L. 1. obs. 1. n. 36.* Carpz. *ad L. Reg. c. 5. Sect. 1. n. 15.*

Indicatis iis, qui Jus indicendi Comitia habent meritò ad 21
illos transimò, qui ad ea vocari soleant. Et hi sunt Status Imperii,
Imperator namque impetrato Electorum consensu singulos Sta-
tus ad Comitia convocandos conscribit, unumquemque per
peculiare Edictum, in quo tum causæ habendorum Comitio-
rum, tum Articuli de quibus futura sit deliberatio, tum etiam
locus & tempus exprimi atque determinari debent. Rumel.
ad A. B. P. 2. Diss. 3. th. 7. Conring. *d. Republ. Imperii Germ. E-*
xerc. 9. th. 40. Literis illis Cæsareis redditis, Principum &
Statuum officium est, comparitione sua Imperatori obsequium,
laboranti patriæ auxilium, suppressis vero consilium exhibe-
re. Conring. *d. l.* Ubi fortasse hac occasione quispiam quæ- 22
ret, An Status Imperii præsentés in propria persona comparere
necessum habeant? Regulariter quidem hoc ita constitutum,
& necesse est, nam non solum Imperatoris hoc votum est, sed 23
ipsi Status non tanquam nudi Consiliarii Imperii, sed Archon-
tes, ut perquam diligenter Imperii negotia deliberent, tenen-
tur præsentés in propria persona comparere, quò facit. *R. J. d. 40.*
1576. §. Wann dann. ibi: Sie seynd schuldig des Heil. Römi-
schen Reichs vorfallende Sachen mit Fleiß zu berathschlagen. vid.
Myler. d. Princ. & Stat. P. 1. c. 4. n. 15. Causarum quoque atq; 24
negotiorum qualitas ea quandoque est, ut præsentiam Statuum
requirat. Constat namque, teste historia, quàm enixè Ferdi-
nandus I. Rom. Rex anno 1555. Principes Imperii cum per lite-
ras, tum missis internunciis, hortatus fuerit, ut quia de gravis-
simis Imperii negotiis consultandum esset, venirent. Ipsi præ-
sentés, non rem per Legatos agerent, nam nemo inficias ire
poterit ad res feliciter gerendas, non raro apprime utilem
esse, tum Cæsaris, tum Statuum præsentiam, quod ipsi Imperii
Recessus satis testantur. vid. *R. J. Wormat. d. anno 1545. §. und*
sind auff solchen. ibi, So sind auch die Sachen und Obligen der 25

- Christenheit/ und sonderlich des Heil. Röm. Reichs Teutscher Nation/ so auf einem Reichs. Tag erlediget/ und verglichen sollen werden/ also beschaffen und gestalt/ daß Sie ohn Persönliche Gegenwartigkeit mehrer Reichs. Stände nicht wol erlediget/ oder verglichen werden mögen. *S. R. Ratisbon. d. anno. 1546. S. Dieweil Wir aber. ibi. Welche zu beständiger Ihrer Vergleichung/ viel ein nehere Persönliche Gegenwartigkeit der Reichs. Stände erfodern.*
- 26 *vid. Limn. d. Jure Publ. L. 9. c. 1. Et hoc olim factum esse ab Ordinibus, in Emanentes certa constituta poena, historiarum monumenta commemorant; cum enim Imperium adhuc tenerent Franci, ipsi Principes præsentés in persona in Comitiiis advenere, nec ulli licuit sine justa & urgenti causa Legatum substituere, unde factum est, ut non plures quam duo vel tres Legati Comitiiis interfuerint. Lehmann. in Chron. Spier. L. 2.*
- 27 *c. 37. Ludovicus quoque IV. anno 1411. Imperii Proceres, quaternis auri libris mulctandos esse constituit, qui ad indicta Comitua Universalia in Urbe Arelatensi annuatim celebranda præsentés venire distulerint. Goldast. Tom. 3. Const. Imperial.*
- 28 *Pari modo Conradus III. Elector Moguntinus Imperatoris nomine & mandato in anno 1426. Imperii Status convocavit ad Comitua ut præsentés in persona comparerent, nihil excipiens nisi corporale impedimentum apud Goldast. Const. Imper. Germ. L. 1. p. m. 155. Simile quid constitutum legimus in Schwaben. Spiegel c. 39. §. 1. quem textum recenset. Arum. d. Comit. c. 5. n. 40. Faciunt huc etiam literæ denunciatoriales*
- 30 *ad Comitua Imperatoris Rudolphi II. anno 1594. in quibus Imperii Status præsentés & personaliter vocati, nihilque exceptum nisi corporale impedimentum. ibi: Und deine Liebde/ mit den Pflichten damit Sie Uns und dem Heil. Reich verwandt/ gnädlich ersuchet und ermahnet haben wollen/ von Römisch. Kaysers. Macht ernstlich befehlende/ daß Deine Liebde unverhindert/ und hindangesezet/ aller andern Geschäfte/ und Sachen/ nichts denn allein Ihr Unvermögen aus Gottes Gewalt außgenommen/ auß obbestimmten Tag/ eigener Person gegenwärtig gewißlich erscheine/ has literas refert Arum. d. Comit. c. 5. n. 7.*

Regu-

Regulariter diximus supra teneri Status imperii ut præsentes in propria persona compareant quod firmare videtur, *R. J. d. anno 1545. §. den allen nach: ibi. In eigener Person selbst erscheinen.* Inde porro deduci potest, quod si per Legatos compareant, teneantur absentiam suam excusare, & ejusdem rationes allegare, müssen wann sie redliche Hinderung haben / dieselben bey thren Glauben / mit thren Brieffen und Stegeln betheuren. *R. J. d. anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten.* Quod nunquam requiri posse, si ipsorum in arbitrio situm foret an præsentes in persona, an vero per Legatos comparere velint, putat *Limn. d. Jure Publ. L. 9. c. 1. n. 97.* His itaque præmissis rationibus, nullam inesse iniquitatem contendit, ut vasallus atque consiliarius in propria persona præsens compareat Dno. suo Consilium daturus uti ad illud obstrictus, & *num. 100. addit.* Non equidem nego Legatos ampliori mandato instructos optimo consultationum eventu Comitibus aliquando interesse, at nonnunquam melius est & necessarium, ut personali congregatione Statuum, negotia tractentur. *R. J. d. anno 1545. §. Und sind auff solchen. & tandem n. 102. concludit, Quod si turbidus rerum Status non patiatur Principem provincia excedere legitimam hanc esse causam, ut per Legatos compareat, quod si vero quieta sint omnia ad Comitibus abire obligatum, nec protinus eo migrantem curam subditorum abjicere.*

Verum quicquid hujus rei sit, attamen hodie sine controversia cuilibet Statuum integrum est, velitne præsens in persona accedere ad Comitibus, an alium vice sua ablegare. *Conring. d. Republ. Imp. Germ. Disp. 9. Jacob. Lampad. d. Republ. Rom. Germ. P. 3. c. 8. n. 3.* Namque semper propter varia negotia quæ se in provinciis exserunt, impedimentum permanens in Principibus & Statibus Imperii præsumitur, dicente *Arum. d. Comit. c. 5. n. 44.* Negotia etiam in Comitibus expedienda permittente etiam *Limn. n. 100.* itidem expediri possunt per Legatos, ampliori tamen mandato instructos, non ergo erit Statuum deterior conditio, quam cujusvis citati ad Judicium nam quævis citatio ita regulariter concipienda ut citatus per

- Procuratorem | comparendi licentiam habeat. Scaccia *L. 1. D. Judic. c. 37. n. 3.* Myler. *in Addit. ad Rumel. P. 2. Dissert. 3.* Confirmare videtur hanc sententiam *R. 7. Wormat. d. anno 1545. §.* Und sind auff solchen. Ubi Carolus V. causam dilatorum ac protractorum Comitiorum, confert, non tam in paucitatem Statuum præsentem in persona comparentium, quam in defectum plenioris Legatorum missorum mandati. Nulla proinde vel necessitas, vel evidens suadet utilitas, ut Princeps vel Status abjecta quodammodo subditorum cura, majoribus etiam cum sumptibus in persona præsens in Comitiiis comparere debeat. Huc quoque confert *R. d. anno 1542. §.* auf welchen Reichs. Tag: *ibi:* Und andere Stände in zimlicher Anzahl / eigener Person / und etliche durch ihre Botschafften mit vollmächtigen Gewalt bey uns / etc. Gehorsamlich ankommen und erschienen seynd. Imo à temporibus Maximiliani I. & jam ante Ordines sibi hanc potestatem sumpsere, ut neque ipsi præsentem comparuerint, nec quandoque etiam Legatos miserint, quod etiam prædictus Imperator Maximilianus confirmavit constitutione sua, uti liquet ex *R. 17. d. anno 1512. §.* Es sollen auch die Churfürsten. ita tamen ut quilibet suo damno emanet. Experientia denique ipsa testatur, liberum Statibus relictum esse, velint præsentem comparere, vel Legatos mittere, in Comitiiis quippe Ratisbonensibus hodiernis videmus multos Legatos, paucos imo fere nullos Principales, conf. *Rumel. ad A. B. P. 2. Diss. 3. th. 11.* Conring. *d. Republ. Imperii Germ. Dissert. 9. th. 40.* Schweder. *P. Spec. Sect. 1. c. 30. §. 6.* Idem observavit, & testis est. Estel Friderich von Herden / in der Grund. Feste. *P. 1. c. 6.*
- 40 Quando autem necessitas imperii hoc exigit nihil impedit quo minus Imperator Statibus serio injungere possit ut præsentem in propria persona compareant, quod firmare videtur
- 41 *R. 7. d. anno 1545. §.* Dem allen nach. *ibi:* Also das Churfürsten / Fürsten / und Stände des Reichs in ansehen / der unvermeidlichen des Heil. Reichs beschwerlichen Sachen und Obligen / auff bestimmten Tag / selbst in eigener Person gegenwärtig erscheinen. *§ d. anno*

anno 1546. §. Diweil wir aber. Imo sub gravi pœna hoc Statibus indicere potest. Conring. *d. l. Grundfeste d. l.* Quemadmodum olim fecit Carolus V. qui Statibus sub pœna amissionis Regalium, Privilegiorum, & feudorum, indixit ut præsentes in persona ad Comitia propter urgentem Imperii necessitatem compareant. Idem quoque testatur tenor supra adductarum literarum indictionalium Rudolphi II. apud Arum *d. Comit. c. 5. n. 7.* Si tamen & hic prægnans & justa causa præsentiam & comparitionem personalem impediverit, licite Status nonnulli in extrema necessitate, poterunt saltim emanere, neq; vel id est vehementer noxium; modo Legati fuerint recte instructi ampliori mandato, aut cum plena agendi potentia advenierint vid. Conring. *d. l. th. 40. in fin.* Schweder. *d. l.*

Utrum vero Conducilibus & utilius, si Principes ipsi præsentes adsint, an si eorum Legati compareant? Personalem comparationem nonnulli improbant plane, idque imprimis ob immensos sumptus, qui nostri temporis luxuria impenduntur, & æmulationem Principum. Negandum quidem non est majores sumptus requiri, si Princeps ipse præsens sit, quam si Legatos mittat, tamen publica Imperii utilitas, huic privato commodo merito præferenda, uti videmus Cæsares ipsos hoc minime deterruisse, quando cum maximo sumptu & incommodo suarum Provinciarum, sed in utilitatem Imperii, præsentes in persona Comitiis adfuerunt, quod de Carol. V. testantur. *R. J. d. anno 1532. §. Nachdem sich aber ibi: mit nicht kleinen Unkosten/ etc. R. J. d. anno 1541. §. und wiewol auff: ibi: nicht ohn merckliche Beschwerung unser selbst / auch unser Erb- Königreich und Lande.* Possunt etiam Principes inter se, modo velint, convenire de certo modo adhibendo in sumptuosis Conviviis, & aliis Pompis, ut sic evitentur inutiles sumptus. De æmulatione quoque Principum, si præsentes adsint parum metuumendum, cum potius ex historiis & quotidiana experientia notum, Principes Præsentes longe meliori modo, concordēs inter se fuisse, reverentiam debitam exhibuisse, & quantum possibile sibi invicem concessisse, cum è contrario, propter Legatorum

rixas

rixas & interdum privata dissidia, discordiarum occasio non defuerit, quæ rei benè gerendæ non parum nocuit, Citel Fridrich von Herden in der Grundfeste. P. 1. c. 6. Melius itaqve omnino est, si quovis modo fieri possit, ut Principes ipsi præsentés ad Comitiam accedant. Hac enim ratione, non tantum summa deliberationibus autoritas conciliatur, sed & negotia promptius expediuntur. Contra si Legatis Principes vires suas demandent, plerumqve in consultando lente proceditur, imprimis si quæstiones novæ veniant decidendæ, Nunciisque absolutis mandatis non sint instructi, Legati enim tunc meritò animis sunt suspensis, metuuntqve ne quicquam approbent, quod à Minorum voluntate & proposito alienum sit. Idemqve Legati nonnunquam per relationes finistras prout aliquando cujusvis fert imaginatio, Principales à consiliis prioribus, ad alia deflectere possunt, quæ interdum non ita ut priora è re Imperii sunt. vid. Autor der Grundfeste / P. 1. c. 6. Reink. d. R. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 8. n. 41. Conring. d. l. Exerc. 9. th. 41.

49 Status verò sive compareant præsentés, sive mittant Legatos ad Comitiam, regulariter non prius discedunt, nisi impetrata venia ab Imperatore, uti apparet ex R. J. d. anno 1546. S. die weil aber: *ibi*: So gleichwol allhie gehorsamlich erscheinen / aus ihren Ehehafften / und Ursachen mit unsern vorwissen und gnädiger bewilligung / und darneben auch der Protestirenden. Indecum Landgravius Hassiæ Philippus, ex Comitibus Augustanis absqve impetrata venia discederet, non sine indignatione, & ægerrime hoc tulit Carolus V. Imperator. Quamquam verò Statibus uti antea dictum hod. liberum, seu compareant præsentés, seu per Legatos, seu plane emanent, attamen id non ita simpliciter procedit, sed præcipue si ultimum faciant, certum poenæ genus incurrunt, nam ea quæ in Comitibus Imperii à præsentibus sunt decreta perinde observare tenetur, ac si ipsi præsentés adfuissent, quod ita constitutum per R. J. d. anno 1500. tit. Wie man mit etlichen Ständen: *ibi*. nachdem auch etliche Stände des Reichs / weder Persöhnlich noch durch ihre Bot.

Botschafft erschienen seynd / sollen dieselbe durch uns erfordert wer-
 den und ihnen der Beschluß und Ordnung gegenwärtigen Reichs-
 Tages eröffnet / und sie zu annehmung und Vollziehung ermahnet
 werden. *S. R. J. d. anno 1512. p.* Es sollen auch die Churfür- 53
 sten Sic dicit, Ob aber einer oder mehr außbleiben / oder wie ob-
 stehet Ihre Botschafft nicht schicken würden / so sollen die andern
 so erscheinen werden / nichts destominder in Sachen darumb Sie
 erfordert seynd / fürgehen / und was dieselbe so erschienen seyn / oder
 der mehrentheil aus Ihm obberührter massen endlich berathschla-
 gen und schliessen werden / den soll von allen Ständen gefolget und
 nachgelebet werden / ohn alle Wiederred / und Weigerung / als ob
 sie selbst gegenwärtig gewesen. *Hoc etiam ceu clausula Com-* 54
minatoria ab Imperatore literis Comitibus inferi solet: Dei-
ne Liebden erscheine alsdann oder nicht / so soll doch nichts destowe-
niger mit den andern gehorsamen Ständen zum Beschluß gehandelt
werden / und Deine Liebden verbunden seyn / was also beschlossen /
so wol als wenn Sie zugegen wären gewesen / zu vollziehen /
und zu leisten. vid. Autor. der Grund-Feste. P. 1. c. 6. p. m. 43.
Schutz, vol. 1. Diss. 10. tb. 9. Lit. E. Arum, d. Comit. c. 5. n. 41.
Conring. d. l. Exerc. 9. tb. 44. Id etiam jam dudum, & quidem 55
tempore Friderici III. Imperatoris ex Imperii usu fuit, cum e-
nim Status anno 1487. in Comitibus Noribergensibus conclu-
sionem fecerant, adjecta hac protestatione. Doch damit de-
nen / so theils von den Ständen nicht erschienen / nichts vorgegrif-
fen würde; Imperator Statibus Imperii replicabat. Daß es im
Reich also herkommen / wann auff einem Reichs-Tag etwas be-
schlossen / daß solchem die Abwesende als ob Sie gegenwärtig ge-
wesen / zu gehorsamen schuldig. Lehman. in Chron. Spir. L. 7.
c. 18. in pr. add. Mylerus ab Ehrenbach / d. Princip. & Stat. P. 3.
c. 95. n. 3. Olim apud Romanos qui ad Senatum consiliumve 56
Collegii vocatus non comparuerat, hunc Magistratus pignori-
bus, imo & ruina domus coëgit, ita Cicero M. Antonii minas,
de evertenda domo nisi in Senatum vocatus veniret, audisse
legitur. Bodin. d. Republ. L. 3. c. 7. In Polonia Senatori ad
Comitia non venienti multa irrogatur. Neugebaur. Rer. Po- 57
lon.

lon. L. 1. p. 39. Idemque olim obtinuit in Imperio nostro per supra allegatum textum *Speculi Sævici c. 39. §. 1.* Verum & hoc propter libertatem Statuum Imperii in desuetudinem abiit, nullaque alia remansit pœna, quam ut illi, qui plane non comparuerint servare teneantur, quæ à cæteris præsentibus conclusa, ac si ipsi præsentibus adfuerint. *Arum. d. Comit. c. 5. n. 41. Mylerus. d. l.* Ast leviolem potius hanc castigationem esse, quam ut proprium pœnæ nomen mereatur putat *Limn. de Jure Publ. L. 4. c. 7. n. 47.*

- 57 Quando ergo major Statuum pars non fuerit præsens, an illa quæ à minori parte decreta legis vim habent, & reliquos non præsentibus pariter obligant? Affirmativam tenet *Rumel. ad A. B. P. 2. Dissert. 3. tb. 13.* Verum dissentiunt ab eo alii, dicentes, universalialia Comitialia dici non posse in quibus major pars abest, cum per rerum naturam impossibile esse videatur ut Minor pars præsens, Majorem partem non præsentem representet; ad universitatem enim representandam Jure Civile ad minimum duæ tertiæ præsentium requiruntur. *l. 3. ff. d. Decret. ab Ord. fac. l. quod major pars 19. ff. ad Municip. l. Duo ex tribus. 39. ff. d. Re Jud. l. Nominatores. 45. C. d. Decur.* Si etiam major pars Imperii non sit præsens, reliqui omnes habentur pro absentibus. *c. 1. X. d. h. qui fiunt à maj. part. c. cum inter X. d. Elect.* nulla enim esset justitia si major pars serviret minori per *c. est ordo: causa. 33. qu. 5.* Regula item sit Juris Civilis ac in Recessibus Imperii repetita, quod major pars concludat ac majoris partis consensus minori prævaleat. *l. Item Si unus. 17. §. 1. ff. d. Recept. arbit. c. cum omnes. X. d. Constit.* Et in negotiis Imperii id obtinere clari Recessuum Imperii textus adsint. *R. J. d. anno 1512. §. Es sollen auch die Chur Fürsten. ibi. und was Dieselbe so erschlenen sind oder der mehrer theil aus Ihnen beschliessen wird. Ord. Regim. Worm. d. anno 1521. §. Würde sich auch begeben. ibi. so durch den mehren Theil beschlossen wird Folge thun. R. J. Spir. d. anno 1542. §. und diesen Obersten Hauptmann. ibi. und was einhelliglich oder mit dem mehren Hauffen beschlossen worden.* Imprimis quod aliàs major pars Statuum non præsentium conclusionem facere possit, & quidem absolute

lutè negativam, ut quicquid in Comitibus tractetur, sua absentia irritum esse abunde jubeant, cum per illud quod non præsentes adfuerint, dissensum suum satis declaraverint: nihil enim interesset, verbis an facto suum dissensum indicarent, cum facere interdum plus sit quam dicere. *c. cum dilecto. X. d. Appellat. l. de quibus 32. §. 1. ff. d. LL. l. 95. ff. d. Acquirend. hered.* Confirmant præterea adductam hanc opinionem etiam exemplis, dum producunt Sigismundum Imperatorem, qui cum anno 1432. Status Imperii ad Comitibus Francofurtensia convocasset, majori vero pars non fuisset præsens, sed emanisset, eo quod in bellum Hussitis inferendum consensum dare noluerint, nihil in illis Comitibus peractum fuisset, uti Imperator ipse asseruit in Epistola ad Papam Eugenium. apud Goldast. *Tom. 3. Const. Imperial. fol. 436.* quorum absentiam pro legitimo dissensu Imperator ac reliqui Status accepissent Goldast. *d. l.* Ita & cum ad Comitibus à Friderico III. Imperatore Francofurti An. 1442. indicta, Status Imperii minori numero venissent, nihil concludi poterat, sed arctiores citationes Imperator ad non præsentes Status Imperii decernere debuisset, qui postea majori quoque in copia adfuissent. *Lehm. in Chron. Spir. L. 7. c. 98.* Hæc & Similia contrariæ opinionis argumenta videri possunt apud *Limn. Jure Pub. L. 9. c. 1. n. 176. seqq.* Myler. ab *Ehrenbach d. Princip. & Stat. P. 3. c. 95. n. 3.* Quæ sententia nobis pro Statu præsentis Imperii videtur.

Diximus supra regulariter omnes, qui sunt Status Imperii, præsentes comparare debere urgente necessitate, ab hoc tamen excipiuntur illi, qui singulari privilegio sunt muniti, ita ut neque præsentes, neque per Legatos comparere necessum habeant. Hoc privilegium singulare quoque obtinuit Rex Bohemiæ, ita ut ad Comitibus vocatus, aut requisitus non teneatur comparere neque in persona præsens, neque per Legatos, nisi sua sponte accedere velit, ab initio tamen si in certis locis fuerint celebrata, vocatus adesse debuit, scilicet Bambergæ, Noribergæ, & Martisburgi. Ita enim sonant verba privilegii Bohemo concessi à Friderico II. apud Goldast. in *Reichs-Satzungen pag. 30.* Wir

befreyen auch den vorgeanten König von Böhmen und alle seine
 Nachkommen / daß selbige zu unserm Käyserlichen Hoff nirgend
 hinzuziehen verbunden seyn sollen / es wäre denn Sach / daß Wir
 unsere Zusammenkunfft / gen Bamberg / Nürnberg / oder Mörse-
 burg außschreiben würden / daselbsthin sollen Sie zu erscheinen ver-
 flichtet seyn / vel ut nova privilegia Georgio Regi Bohemiæ con-
 cessa habent, Mörseburgum omittitur. Privilegium hoc au-
 tem quod ab initio ad certa loca adhuc fuit restrictum, ,
 postea generale factum esse, maximè credibile est. Nullibi enim
 66 reperitur Regem Bohemiæ quatalem Comitibus Imperialibus
 interfuisse, aut quod non fuerit præsens comminatorio decre-
 67 to capropter perculsum esse unquam. Et huc facit quod Ferdi-
 nandus I. pro libertate Regni Bohemici opposuit Carolo V. cum
 ad Comitibus Augustana anno 1548. ad paria cum cæteris Stati-
 bus onera sustinenda vocatus esset. Quod ab antiquis tempo-
 ribus semper certum fuerit, Regem Bohemiæ nunquam ad Comi-
 tia vocatum, neque ad subeunda cum cæteris onera citatum, ,
 multominus ea præstitisse, adhæc daß ein König in Böhmen zu
 einem Reichs-Tag nicht beschriben würde / auch weder Stand
 noch Stimme im Reichs-Rath hätte. vid. Arum. d. Comit. c. 4.
 68 n. 58. & 59. Ex hoc tamen quod Bohemiæ Rex conventibus
 Imperii non interfit, nec ad illos vocetur, non licet inferre, e-
 undem Statum Imperii non esse, uti facit Reinking. d. R. S. &
 E. L. 1. cl. 4. c. 3. n. 27. & 31. dicens omnes Status Imperii voca-
 ri ad Comitibus, & habere votum ac Sessionem in illis. Verum
 non solum sibi contrariatur Reink. uti locus cit. collatus cum
 c. 21. cl. ead. evincit, sed etiam male præterea subsumit, qui ad
 Comitibus & consilia Imperii non vocatur, non est Status Im-
 69 perii. Nam argumentum hoc procedit quidem affirmative,
 ut quicumque ad Comitibus vocatur, & in illis votum ac sessio-
 nem habet, sit Status Imperii, non tamen statim negativè, qui
 ad Comitibus non vocatur, nec in illis votum ac sessionem habet,
 non est Status Imperii, cujus diversitatis ratio in eo est, quia
 Statui alicui singularis privilegii loco ab Imperio concedi
 potest, ne necesse habeat comparere in Comitibus, unde ta-
 men.

men minimè inferri posset, ergo non est Status Imperii. Si-
 mili modo enim familia Austriaca privilegium obtinuit quo 70
 minus in Comitibus se sistere teneatur, Statuum tamen numero
 ut satis notum, eapropter non excluditur. Ita quoque Rex Bo-
 hemiæ uti antea adductum hoc privilegio munitus est, & præ- 71
 terea falsum est Regem Bohemiæ ad Consilium & Senatum Im-
 perii non admitti nec vocari, licet verum sit vocatum indistinctè
 non comparere. Is itaque qui per privilegium ad Comitium
 Imperii non venit, nomen & qualitatem Status non amit-
 tit, præ aliis tamen honorarius erit, licet non onerarius. Imo 72
 ipsi Electores & reliqui Imperii Principes, expresse Regem
 Bohemiæ collocarunt inter Status, uti patet ex responso quod
 in Conventu Pragensi anno 1610. dederunt Matthiæ Regi Hun-
 gariæ. ibi: *Weil der König von Böhmen ein Stand des Reichs.*
 vid. Limn. *d. Jure publ. L. 3. c. 8. & L. 9. c. 1. n. 90.* Porro ex 73
 Politicis satis constat, non requiri ad essentiam Civis ut is
 omnibus de republ. deliberationibus intersit, sed sufficere, si
 ad præcipuas vocetur, jam verò Bohemiæ Rex consultationi
 cæterorum omnium facile præcipuæ, in qua de Capite Impe-
 rii eligendo deliberatur, adhibetur, locum eapropter inter
 Imperii nostri Cives merito obtinebit. Strauch. *in Dissert. exot.*
Dissert. 2. th. 12. in fin. Carpz. *ad L. Reg. c. 5. Sect. 5. & 10.* Con-
 ring. *d. Republ. Imperii, Germ. Exerc. 9. th. 17. in fin. & d. Finibus*
Imperii. c. 29.

Hac occasione etiam solent disquirere, an Imperator ipse 74
 præsens interesse debeat Comitibus? Et hoc quidem liberrimæ ejus
 voluntati committitur, iniquum enim esset, eum deteriori Jure uti
 debere quam alios Status, quibus idem hoc integrum esse an-
 tea demonstravimus, præcipue verò cum Imperator propter
 varia negotia & totius Imperii curam quæ ipsi incumbit, non 75
 semper possit interesse Comitibus, utile tamen omnino foret si
 ipse Imperator præsentiam suam hisce Imperii conventibus ac- 76
 commodet, cum sic res majori autoritate & felicitate geri pos-
 sint. vid. Schutz. *vol. 1. Diss. 7. th. 20. Lit. G. Arum. d. Comit. c. 7. n. 18.*
 Ut plurimum enim Electores & reliqui Imperii Principes & 77
 Status

Status, cum audierint Cæsarem ad Comitiam delegasse Commissarium, neque ipsi præsentes compareant, sed tantum mittunt Legatos, & Nuncios, cum olim rarissime Comitiorum Præsides loco suo miserint Imperatores, quapropter etiam factum, ut vicissim Status plerumque in propria persona præsentes comparerent, *Arum. d. Comit. c. 5. n. 4. & c. 7. n. 7.*

- 78 Quando itaque Imperator ob certas causas impeditur præsens interesse comitiis, constituit Commissarium, qui suo nomine est Comitiorum Præsides, quod sæpe factum tam ex veteri quam nostri temporis historia constat. Sic Fridericus III. cum anno 1479. Comitiam Norimbergæ indixisset, Comitem de Werdenburg. & anno 1489. ad Francofurtensia Maximilianum filium, & Episcopum Eichstetensem, sua vice ablegavit. *Lehmann in Chron. Spir. L. 7. c. 115. & 120.* ad Comitiam Confluentiæ anno 1492. instituta eundem filium Maximilianum & Comitem Zollerensem destinavit. *Lehmann. d. L. 7. c. 121.* Carolus V. quod propter suis terris & longe distitis Provinciis incumbentes hostes raro Comitiis Imperii præsens interesse posset, aliorum præcipue vero Ferdinandi fratris opera usus, quem hac de causa etiam Vicarium Imperii constituit, uti constat *ex R. J. d. anno 1524. S. 27.* in pr. ibi: *unsern lieben Bruder und Stadthalter* & in iisdem Comitiis Norimbergæ anno 1524. indictis Ferdinando adjunxit Wilhelmum Bavarum. Et in Comitiis Augustanis anno 1525. Casimirum Brandenburgicum, & Ericum Brunsvicensem. Uti & in Spirensibus anno 1526. Philippum Badensem, & Episcopum Tridentinum. Imo & ad hodierna Comitiam Ratisbonensia, quod Imperator aliorum negotiorum Cura præriperetur, ablegavit primo Archiepiscopum Salisburgensem, hoc autem decedente substituit Episcopum Eichstetensem. Hi autem delegati Commissarii, Cæsaris non præsentes sunt Vicarii in hoc actu, & ideo eodem honore ac ipse cujus vices gerunt decorantur, exceptis tamen curialibus nonnullis, in quibus Cæsaris præsentes honor major est, quam horum Commissariorum, uti in sequentibus indicetur.

Quando

Quando jam Status in persona praesentes, vel absentium 83
 Legati accesserunt locum Comitiorum, propter reverentiam
 Caesareae Majestati debitam, nihil prius habere debent, quam
 ut praesentiam suam indicent Imperatori, si sit praesens, vel in
 absentia ejus Commissario, & per Secretarios suos aditum sibi
 concedi petant, qui si concedatur, quod facile contingit, tempus
 audientiae destinatae stricte observare debent, ubi solito Comi- 84
 tatu accedunt Aulam Imperatoris, quod plerumque à Princi-
 pibus in persona praesentibus, tribus, quatuor aut pluribus car-
 pentis, à Legatis vero absentium tantum uno sejugi carpento
 fieri solet, & deducuntur ad Caesarem, ubi Legati de Prin-
 cipalium suorum absentia nonnulla allegant, & simul, ut praes-
 entes Status inter alia pro convocatione ad Comitiam & Cura
 Imperii, Imperatori gratias agunt, suaque Consilia & auxilia
 promittunt, quibus peractis iterum iisdem observatis Curiali-
 bus ut in accessu recedunt. vid. E. J. von Herden in der Grund-
 feste. P. 1. c. 6. p. m. 48. & 49. Ubi in sequentibus recenset re-
 liqua Curialia in audientia Principis praesentis, Imperatore quo-
 que praesente adhiberi solita. conf. Dn. D. Mulleri, *Disp. d. Le-
 gat Princip. Germ. c. 4. th. 16. habita Jene.*

Mareschallum quoque Imperii de praesentia & adventu suo 85
 certiore faciant, quo ipsis hospitia possit distribuere & assi-
 gnare, nam nec proprio auspicio illa occupare, nec ulli civium
 in eo loco aedes ad id locare licet sine consensu Mareschalli, ut
 pote cui istud munus assignandi hospitia competit. Et hinc
 etiam indictis Comitibus maturius ad constitutum locum ipse 86
 proficiscitur, & hospitia in certas classes distribuit, Princi-
 bus vero in persona praesentibus ipse quoque praesens, Legatis au-
 tem Substitutus ejus, hospitii assignationem offert, & dein ta-
 bulam in qua cujusque Legantis Legatique nomen generatim cre-
 ta alba inscriptum, ad ostium domus suspendendam Latrun-
 culatori dem Reichs-Profos tradit. Statuum enim praesentium
 nomina & titulos ipse praesens inscriptos tabulae suspendit.
 Sprenger. in Lucern. c. 1. p. 54. & ex eo Schweder. in *Introd. ad
 Jus Publ. P. Spec. Sect. 1. c. 30.* vid. Sixtus Sommer in singulari Scri-
 pto

pto de Officio Vice-Mareschalli, quod recenset Carpz. in *Tr. d. L. Reg. c. 10. Sect. 6. n. 28.*

- 87 Denique Statibus præsentibus, & absentium Legatis incumbit, ut præsentiam suam, Cancellariæ Electoris Moguntini significant per unum ex Ministris, & Legati quidem pro personis suis ad publicas consultationes habilitandis & legitimandis, non tantum credentiales, sed & mandata offerunt. vid. Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 8. n. 50.* Hic autem nonnunquam magna orta fuit contentio. An Legati Principum ipsi in persona præsentibus Directori Moguntino Mandata offerre teneantur? An vero illa per Secretarium misisse sufficeat? In modernis Comitibus ano 1677. hæc lis quoque mota fuit, cum enim Principis cujusdam Legatus mandatum cum Credentialibus per Secretarium transmitteret, Director Moguntinus remisit, prætendens per observantiam Imperii introductum esse, ut ipsi Legati præsentibus, in ædibus Directorialibus se legitiment, tandem ao. 1678. d. 4. Aprilis hæc lis ita sopita, Legati Principales miserunt per Secretarium in ædes Directoriales Legitimationes suas, Director Moguntinus vero illos ad se non admisit, nec Legitimationes ab ipsis immediatè, sed vicissim per suum Secretarium accepit, eiqve mandavit, ut responsi loco protestaretur apud Legitimationum allatores, ne in præjudicium Directorii Imperialis actus iste vergeret. Kulpis *d. Legat. Stat. Imp. c. 13. n. 6.* Schwed, *d. l. Conring. d. Republ. Imperii Germ. Dissert. 9. th. 41.*

- 89 His & aliis nonnullis peractis, cum Cæsar vel eo non præsentibus Commissarius videt, magno numero Status Imperii vel eorundem Legatos, præsentibus adesse, ad propositionem tandem terminum præfigit, & indicitur hic Statibus per Vice-Mareschallum Imperii, cui Jus convocandi Status die *ansage* / ad Jussu Directorii Moguntini competit Lehmann. in *Chron. Spir. L. 7. c. 24. n. 5.* Si autem Elector Saxonix in persona præsentibus est, jubet ipse Vice-Mareschallo intimationem, ita ut Moguntinus literas Indictionales den *ansage* Zettel mittat Cancellario Saxonis, qui postea Mareschallo hereditario hunc

hunc tradit, sed si Elector Saxoniae non est praesens, statim hereditario Mareschallo Schedulam Moguntinus transmittit, nec opus habet uti olim, Consiliariis absentis Electoris Saxoniae id indicare, vid. Autor. der Grund-Feste. P. 2. c. 3. p. 90. Schutz. vol. 1. Diss. 10. th. 11. Lit. C. Magnif. Dnus Rhet. in Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 8. §. 5. Formulam literarum indictionalium, quas Moguntinus mittit Vice-Mareschallo, refert Schweder, d. l. c. 30. §. 11. p. m. 650.

Si itaque dicto modo Vice Mareschallus officio suo defunctus est, distincto tempore omnes in Palatio Imperatoris praesentes adsunt. Et cum nihil magis Christianos deceat, quam ut omnia cum invocatione Spiritus S. incipiant, monente Apostolo Paulo ad Coloss. 3. v. 17. sub initium quoque tam arduarum deliberationum, Status omnes qui praesentes sunt, una cum absentium Legatis Caesarem in Templum comitantur, ibique pro felici Consiliorum successu preces ad Deum fundunt. Peractis Sacris, Imperator eadem pompa qua templum ingressus est revertitur, & in curiam pergit, tumque Caesar in locum eminentiorem & Solium ad illud singulariter praeparatum confidet, reliqui Status Sessiones sibi competentes occupant. vid. Eitel Friedrich von Herden / in der Grundfeste / P. 2. c. 2. Schweder. in Introd. ad Jus Publ. P. Spec. S. 1. c. 30. §. 9.

Postquam in Curiam perventum est, antequam propositio ex Scripto praelegatur, more vetusto receptum est, orationem praeliminaem haberi ad Status praesentes, & absentium Legatos, & quidem lingua patria, ubi postea etiam nonnunquam Latino Sermone habetur, ut ab exteris intelligi possit. Et quidem si Caesar ipse praesens est in Comitibus, oratio haec haberi solet per aliquem ex Principibus, vel Politicis, vel Ecclesiasticis, quem ipse eligit. Sic Fridericus III. in Comitibus Augustanis anno 1474. per Albertum Electorem Brandenburgicum proposuit. Lehman. in Chron. Spir. L. 7. c. 113. Carolus V. Ferdinandus I. & Maximilianus II. ut plurimum Alberti Bavarici opera usi fuere. Lehman. d. l. L. 7. c. 124. n. 4. Rudolphus II. in Comitibus Augustanis 1582. Julii Episcopi Wurtzburgensis,

K

&

- & in Comitibus Ratisbonensibus anno 1594. Philippi Ludovici Palatini, Matthias vero Imperator in Comitibus Ratisbonensibus anno 1613. Ludovici Landgravii Hassiæ Ministerio usi sunt. Et In Comitibus Ratisbonensibus anno 1641. & 1654. Ferdinandi III. jussu orationem hanc habuit, Wilhelmus Marchio Badensis. Quod si vero Cæsar ipse non sit præsens, sed ejus vice Commissarius præsideat, hanc ad rem eligi solet, vel Comes vel Baro, vel aliquis ex Consiliariis Cæsareis. Sic in præsentibus adhuc durantibus Comitibus anno 1663. Cæsaris Principalis Commissarius tum temporis Gwidobaldus Archiepiscopus Salisburgensis, usus est opera Illustr. Comitis de Wolckenstein ConCommissarii. Arum. d. Comit. c. 7. n. 25. & 26.
- 95 Herman. Hermes in Fascil. Jur. Publ. c. 40. n. 62. Oratio hæc hujus fere solet esse argumenti. *Wellen auff Ihrer Majestät Außschreiben / die Stände so wol in Person gegenwärtig / als auch der Abwesenden Gesandten in guter Anzahl erschienen / thäten Ihre Majestät sich freundlich / gnädigst / und gnädig bedancken / hätten darauff was Sie auff solchen Tag zu handeln vor nöthig geachtet zu proponiren / in Schrifften verfassen lassen / daß solte den Ständen vorgelesen werden / und begehreten Ihre Majestät von Ihnen solches anzuhören / und darauff sich Ihrem Vertrauen nach der Gebühr zu erzeigen.* Lehman. in Chron. Spir. L. 7. c. 124. p. 1013. Lit. E.
- 96 Adhæc tandem à Secretario vel alio quem Cæsar ad id eligit propositio prælegitur Lehman. d. l. d. Autor der Grundfeste / P. 2. c. 2. p. 72. ubi nonnunquam hoc actu finito, ab Imperatore ipso Status admonentur ad sedulam & prudentem Propositionis deliberationem. Hoc facto Collegium Electorale, Principum, & Civitatum, inter se invicem deliberant quæ responsio reddenda sit Imperatori, vel si non sit præsens Commissario ejus, & si inter se conveniunt quod sine longior mora fit, à Moguntino plerumque Cæsare præsenre respondetur, ille enim uti Imperii ArchiCancellarius hanc suscipit, & Cæsareæ Majestati pro paterna cura, quæ Imperium & ipsos complectitur, gratias agit, & cum Propositionis deliberatio prolixior sit, petit eam describendam dari.

dari. vid. Autor der Grundfeste p. m. 73. Quando vero Cæsar non est præsens, sed Commissarius vice ejus defungitur, non per Moguntinum sed Cancellarium propositioni responderi receptum est, ut in Comitiiis anno 1598. & 1603. Ratisbonæ celebratis acta eorundem docent, interdum tamen etiam Cæsare præsentente Cancellarius Moguntinus respondet, veluti factum in Comitiiis Ratisbonensibus anno 1641. vid. Schutz. Vol. 1. Diss. 10. th. 13. Neque semper hoc officium Moguntino competit, nam in Comitiiis Augustanis anno 1530. per Joachimum Electorem Brandenburgicum, ad propositionem à Friderico Palatino de Scripto latam, responsum fuit. Arum. d. Comit. c. 7. n. 40. Schwed. in Introd. ad Jus Publ. P. Spec. S. 1. c. 19. §. 3. Post hanc Moguntini nomine omnium Imperii Statuum factam responsionem, traditur Cancellario Electoris Moguntini descripta Propositio, & tum Cæsar surgit, & eo ordine & Pompa, qva in Curiam venit iterum in Palatium suum deducitur, vid. Autor der Grundfeste/ P. 2. c. 2. p. 73. Impetrata copia Propositionis ipsius causæ tractatio sequitur, ideoque in suis quisque Conclavibus denuntiatio die conveniunt, in singulis Collegiis de Cæsarea Propositione consultaturi. Hic autem interdum plurimæ se offerunt lites de Sessione & præcedentia, qvas tamen hoc loco non attingere licet, quoniam in Cap. sequenti de iis plenius & ex proposito agetur.

99

100

101

CAPUT. V.
DE
JURE PRÆSENTIÆ
QVOAD PRÆCEDENTIAM.

SUMMARIA.

C	Onnexio.	An concertatio de præ-	n. 1.	dentia sit laudabilis?	2. § 3
				Affirmativa defenditur.	4
			K 2		Exem-

<i>Exemplis illustratur.</i>	<i>5. seqq.</i>	<i>An Ordinarii Imperatoris Mini-</i>
<i>Inter Ecclesiasticos Antistites</i>		<i>nistri præsentibus SubOfficia-</i>
<i>quam sæpissimè de præce-</i>		<i>libus anteferantur? 44. seqq.</i>
<i>dentia controversiæ exstite-</i>		<i>An Principes in persona præsen-</i>
<i>runt.</i>	<i>8</i>	<i>tes præferantur Legatis Ele-</i>
<i>Exempla referuntur.</i>	<i>9. seqq.</i>	<i>ctorum? 49. seqq.</i>
<i>Seculares Principes de præce-</i>		<i>An Legatis competat locus</i>
<i>dentia quoq; maximas alue-</i>		<i>Principis Legatis, etiamsi alii</i>
<i>runt lites.</i>	<i>15</i>	<i>Principes præsentibus adsint.</i>
<i>Earum Exempla.</i>	<i>16. seqq.</i>	<i>53. seqq.</i>
<i>In Comitibus Imperii nostri hæc</i>		<i>An Princeps Imperii, qui missus</i>
<i>semper fuerunt frequentissi-</i>		<i>ab alio Principe ad Comitibus,</i>
<i>ma.</i>	<i>20</i>	<i>præferendus aliis Legatis?</i>
<i>Eorum laudes qui debito modo</i>		<i>62. seqq.</i>
<i>præcedentiam suam defen-</i>		<i>Principes noviter creati si sint</i>
<i>dunt.</i>	<i>21. seqq.</i>	<i>præsentibus, an præcedant Le-</i>
<i>An deceat Principem Christia-</i>		<i>gatos Principum veterum?</i>
<i>num præcedentia quæstio?</i>		<i>66. seqq.</i>
	<i>24. seqq.</i>	<i>Pluribus ejusdem familia Prin-</i>
<i>An possint Principes præceden-</i>		<i>cipibus præsentibus, quis al-</i>
<i>tiam sibi debitam armis af-</i>		<i>teri sit præferendus?</i>
<i>ferere?</i>	<i>28. seqq.</i>	<i>74. seqq.</i>
<i>Ordo Sessionis in Collegio Electo-</i>		<i>An Electores præsentibus præfe-</i>
<i>rum.</i>	<i>32</i>	<i>rantur omnibus Principibus</i>
<i>Electo præsens præcedit Lega-</i>		<i>Exteris. 81. seqq.</i>
<i>tum absentis, quamvis pri-</i>		<i>Quod affirmatur indistinctè de-</i>
<i>mi, si ipse præsens esset.</i>	<i>33</i>	<i>actibus ad Imperium perti-</i>
<i>Exemplis illustratur.</i>	<i>34. 35</i>	<i>nentibus. 88. seqq.</i>
<i>An Legati Electorum in expe-</i>		<i>Et extenditur ad reliquos Prin-</i>
<i>ditione munerum, præsentibus</i>		<i>cipes. 92. & 93</i>
<i>SubOfficialibus præferantur?</i>		<i>Ex Legatis quis alterum prius</i>
	<i>36. seqq.</i>	<i>visitare debeat? 94. seqq.</i>

DE præsentia in Comitibus uti præcedenti capite indicavimus nonnulla, ita porro ordinis ratio postulat, ut de sessione in illis usitata, ac controversa, quæ communi vocabulo *præcedentia* indigitatur hoc capite agamus, non tantum autem quid in Comitibus circa illam obtineat, sed & quid circa alia Imperii negotia usitatum, imo & nonnunquam, tamen incidenter, quid extra Imperium nostrum in hoc genere agatur & actum sit, exponetur.

Illaudabilis quidem & vana videtur omnis de præcedentia concertatio, Quid enim est gloria mundi? Vanitas vanitatum & omnia vana. *Eccles. c. 1. v. 2.* & universa vanitas omnis homo vivens. *Psal. 38. v. 7.* Unde merito laudatur Heroica virtus Ulrici Ducis, Wurtembergici, ad alios Principes cum ei de sessione controversia mota, dicentis, collocetis me etiam post fornacem, dummodo efficiamus id ad quod congregati sumus. *Carpz. d. L. Reg. c. 10. sect. 7. n. 31. Limn. Tom. IV. Addit. ad L. 4. c. 9. n. 33. p. 651.* Veruntamen si privati imo & minorum gentium homines, nonnunquam de glorie legenda, aliisve nonnullis parvi momenti rebus, rixas instituere solent creberrimas, litesque pene faciunt immortales, mirum quoque non erit inter Magnates tantas sæpenumero tamque acres exoriri contentiones. Est enim hoc hominibus à natura peculiari ratione inditum, ut honoris ac laudis studio quam maxime ducantur. *Crus. d. Præced. L. 1. c. 1. n. 4.* Et hæc cupiditas, tam belli quam pacis temporibus, omnibus generosis adeo innata fuit, ut de illis certare semper gloriosum duxerint, etiam inferioris fortunæ homines, quibus etiam adhuc interna generosæ naturæ scintilla relicta fuit, maxime vero illi qui illustri dignitatis caractere notati certamen hoc minime detractarunt, quod tam veteris quam recentioris ævi historiarum satis testatum faciunt. Insitum enim quasi Magnis illis & Excellis animis, circa honorum præcedentias & Eminentias, caute & circumspicte admodum versari, & nullius rei jacturam difficilius patiuntur, quam si vel à paribus negligi vel inferiori-

ferioribus se postponi animadvertunt. Arum. d. Jure Publ. Tom. 2. Discurs. Acad, 34. p. 1022. Schutz. vol. 1. Disp. 8. tb. 12. Lit. A. Optimienim mortalium altissima cupiunt ait, Tac. L. 4. Annal.

5 Sic Dux aliquis interrogatus à Carolo VII. Galliarum Rege
 6 qvanam ratione à fidelitate tot experimentis sibi hæctenus per-
 spectæ abduci posset, respondit, si vel semel contumeliose
 aliquid in me dixeris aut feceris. Id quod etiam exemplo suo
 Andreas Doria Maris Præfectus demonstravit, Is enim à Fran-
 cisco I. Rege Gallia quod verbo parum honorifico ipsum exce-
 perat, ad Carolum V. Imperatorem transiit. Caspar Ens. L. 1.
 7 Epidorp. & ex eo Carpz. d. L. Reg. c. 10. Sect. VII. n. 18. Carolus
 quoque Borbonius ob demandatam primæ aciei curam Alen-
 zonio, quam sibi deberi dicebat, ad eundem Imperatorem
 defecit. Jovius. L. 22. Histor. Arum. d. Comit. c. 7.

8 Non tantum quoque inter Seculares Principes & Dynastas,
 sed & inter Ecclesiasticos Antistites, quod mirandum, semper
 frequentissimæ de præcedentia controversiæ extiterunt, quod
 historiarum monumenta edocent. Inter Apostolos quippe
 ipsos nonnulli fuerunt, qui præcedentiæ cogitationes fove-
 bant, uti notum ex petitione filiorum Zebedei. apud. Mar-
 9 cum c. 9. v. 33. Et posterioribus temporibus Ecclesiasticæ condi-
 tionis homines circa honorum aucupia valde ambitiosos fu-
 isse, Romanorum & Constantinopolitanorum ArchiEpiscopo-
 rum æmulationes de præcedentia demonstrant, quæ præcedentiæ
 quæstio in tantum utrinque disceptata fuit, ut Catholici The-
 ologi, cladem & everisionem Constantinopolitanæ Ecclesiæ
 adscribant ei, quod Romanæ sedi se subicere noluerit. Limn.
 d. Jure Publ. L. 4. c. 9. n. 4. Besold. in Dissert. d. preced. & ses-
 sion. prærogativ. n. 9. in fine. quo facit etiam. l. inter Claras.
 10 C. d. Summ. Trinit. Nec ignota est controversia de præceden-
 tia inter Episcopum Wormatiensem, & Eichstetensem Leh-
 11 mann. in Chron. Spir. L. 7. c. 120. Imo controversiæ hæ inter
 Ecclesiasticos nonnunquam tanto, impetu, & partium conten-
 tione fuerunt ventilatæ, & propugnata, ut nec ratio ulla bo-
 ni

ni publici habita, nec loci religio eos deterrere potuerit.
 Exemplo sunt Abbas Fuldensis & Archiepiscopus Coloniensis, ¹²
 qui exinde præbuerunt materiam multis historicis, delineandi
 altercationes ipsorum. Cum enim Henricus III. Imperator
 Moguntia in Comitibus inter utriusque ordinis Principes sede-
 ret, à dexteris habens Moguntinum, à sinistris Coloniensem,
 Fuldensis Abbas coetum turbavit, tam celebrem locum à sini-
 stro Imperatoris latere, quem Coloniensis occupaverat sibi
 deposcens, ubi post verba ad verbera deventum, & Jura sua
 è vagina derivantes templum humano sanguine foedarunt, re-
 ferente Crantz. in *Saxon. L. 6. c. 46.* Spangenberg. in *Chron.*
Mansfeld. Crusio Annal. Sver. L. 11. P. 2. c. 14. & ex illis Besold.
d. l. n. 11. Simile dissidium Abbati Fuldensi Widerado, cum ¹³
 Hecelone Episcopo Hildesienfi, in templo Goslariensi de hono-
 ratori loco & præcedentia intercessit, quod admodum cru-
 entum fuit, ita ut passim, per illud templum sanguinis curre-
 rent flumina, non legali ut quondam religione, sed hostili cru-
 delitate profusa, dicente Lamberto Schaffnaburgensi in *Annal.*
ad Annum 1063. & ex eo Crus. *d. Præced. L. 1. c. 1. n. 8.* Unum ¹⁴
 adhuc adjicere licet, ut videri possit quam accurati sint Eccle-
 siastici in observatione honoris sibi debiti. Anno 1454. in nu-
 ptiiis Casimiri Regis Poloniae cum Alberti Cæsaris filia, conten-
 tio inter Archiepiscopum Gnesnensem, & Cardinalem Sbigne-
 um fuit, quis in nuptiali ceremonia præferendus, quod ille
 Archiepiscopus & Primas, hic Cardinalis & Cracoviensis E-
 piscopus ubi hæc agebantur esset; re diu disceptata conve-
 nit tandem, ut Johanni Capistro Italo eum honorem deferrent,
 sed cum is neque Polonicam neque Germanicam linguam cal-
 leret, ac Sbigneo muneris ejus functionem adjudicaret, Sbigne-
 us utriusque lingvæ peritus cedente Archiepiscopo id peregit.
 Archiepiscopus vero ne suo honori quid decederet, novam
 Reginam inunxit, ac coronavit vid. Cromerus *d. Reb. Polon.*
L. 22. p. 342. Alias contentiones de prærogativa inter Ecclesiasti-
 ci ordinis viros recenset. Limn. *d. Jure Publ. L. 4. c. 9. n. 5. 6.*
7. & 8. quæ an usque adeo eorum ordini, secundum monitum
 Chri-



Christi. *Matth. 20. Marc. 11. Luc. 4. v. 11.* instituendo conveniant, aliis disquirendum relinquimus.

- 15 Uti ergo inter Ecclesiasticos, ita quoque inter Seculares
 16 Principes, famosissima, de præcedentia, contentionum exemplum non desunt. Inter quæ præluet, Galli cum Hispano, controversia enim hæc multis turbis ansam dedit, multorumque Juristarum & Politicorum exercuit ingenia. vid. *Lanf. in Orat. pro Gall. Bodin. L. 1. d. Republ. c. 9. ad fin.* Quantas turbas hæc excitaverit, inter alia videre licet ex actis Concilii Tridentini, anno 1562. Apparet autem Gallum antiquis temporibus, semper & ubique in Conventibus publicis, Conciliis, Pacis negotiis, Nuptialibus festivitatibus, &c. Hispanum præcessisse, nec ullam ab Hispano, Gallo quæstionem eam ob rem motam, Galliarum quoque Rex in quietâ præcedentiæ possessione mansit, donec anno 1558 ut à nonnullis traditur, Venetiis primùm eidem quæstio ab Hispano mota, à quo tempore acriter ventilata, præprimis non diu post in dicto Concilio Tridentino, sed non obstante conatu Comitum de Luna, Legati Philippi II. Regis Hispan. tamen Legatus, Gallicus antiquam sedem retinuit, proximam Imperatoriæ, Hispanico vero Legato extraordinaria Sedes tributa fuit, ad latus Secretarii Concilii, ex opposito Gallici Legati, annotante Petro Svavi. *in Hist. Concil. Trident. L. 8. p. 847.* de hac controversia videatur latè Crusius *in Tr. d. preced. L. 3. c. 4. per tot.*
- 17 Nota quoque est controversia Angliæ Regis cum Hispano. Hic quanquam cedat Gallo tamen Hispano præferri vult; quod enim Gallus in Sessione semper prælatus fuerit Anglo, nemo qui etiam à limine tantum salutavit historias, negabit, anno tamen 1652. Constantinopoli Legatis Gallicis ab Anglis præcedentia denegata, præsentem Magno Vezirio, exinde à verbis ad verbera procedentes; hoc tamen potius ex impetu quodam factum, quam quod certis rationibus ad id ducti sint, unde etiam ab hoc tempore Gallo semper pristinum jus inturbatum reliquerunt. Quod tamen, Angli cum cedant Gallis cedere, nolint Hispanis, absolum putat. Besoldus *in Dissert. d. Preced. & Sess. prorogat. n. 8.* vid. de hac controversia Crus. *d. Preced. L. 3.*

L. 3. c. 5. Insuper nota est controversia præcedentiæ inter Re- 18
 ges Sveciæ & Poloniæ, de qua Crus. c. l. c. 6. Dania & Sveciæ,
 Lusitaniæ & Poloniæ, Crus. d. l. c. 7. Ungariæ & Bohemiæ,
 Crus. c. 8. Multæ præterea contentiones de præcedentia acer-
 rimè agitantur. De quibus consulendus ex professo agens
 Crus. d. Tr. præcipuè L. 4. per tot. Imperatori vero nostro 19
 controversiam præcedentiæ motam fuisse ab Exteris Regibus
 & Principibus, nullibi legitur. Apud Portam quoque Otto-
 mannicam Imperatoris Legati cæteros omnes præcedunt, illi
 etiam soli mandata sua exponere solent sedentes, reliqui stan-
 tes. Itaque Caroli V. Imperatoris Legatus, cum ad propo-
 nenda mandata adscitus, aliquamdiu stetisset, neque consideri
 iussus fuisset, pallio quod habebat substrato insedit, & man-
 data sui Principalis intrepide exposuit, mox confurgens, pal-
 lium quod substraverat, reliquit, interrogatus à Turcis cur id
 faceret, Cæsaris Legatum Sellam sibi portare non solere, respon-
 dit. vid. Busbeq. *Leg. Turcic. Ep. 1.* Persarum tamen Rex ausus
 est sibi aliquando primas præ Imperatore nostro partes tribuere
 sed irrito conatu. Hinc cum David Ungnadius Legatus Cæ-
 sareus Constantinopoli Sultano valedicturus esset, & Legatus
 Persicus eadem de causa ad locum audientiæ publ., quem
 Divanum vocant se contulisset, ille tardius adveniens, & Per-
 sam jam primum locum occupasse videns, insalutato Sulta-
 no discessuruserat, nisi Mechmetes Bassa Vezirus, Consiliari-
 us Turcæ supremus, eare animadversa, Persam, licet Muha-
 medanum, loco inferiori sedere iussisset. Besold. d. *Præced.*
Session. Prærogativa. cap. 2. n. 2. In circumcissione Mahume-
 dis III. quæ duravit integris 40. diebus, & noctibus continu-
 is, præsentibus Constantinopoli maximorum prope totius or-
 bis Principum & Regum Legatis, Rudolphi II. Legatis tamen
 primus locus tributus. Lans. d. *Princ. Provinc. Europ. p. 114.*
seqq. Memoratu præterea dignum est, quod in fœdere inter
 Imperatorem nostrum & Turcam inito anno 1606. inter alia
 cautum, ut in Legationibus, conventibus, literis, actis, Im-
 perator Romanus à Turcico *Patris*, & hic vicissim ab illo *Filii*
 L nomi-

20 nomine honoretur. Thuan. *Histor. L. 136. p. 1113.* In Imperio quoque nostro nihil frequentius, quam ut Status præsertim, in Comitibus de præcedentia inter se disputent, unde etiam Zamoisus Cancellarius Poloniæ dicere solitus fuit, Germanos in Comitibus suis ferè nihil aliud agere, quam ut de præcedentia sessionibusque disputent. vid. Kirchn. *d. Legat. c. 5. n. 78.* vestigia horum litium passim apparent ex Recessibus Imperii uti ex *R. J. d. anno 1500. §. wester nach dem R. J. d. anno 1526. §. Item als sich im anfang des Reichs Tages R. J. d. anno 1566. §. als auch noch etwas Irrungen. R. J. d. anno 1576. §. Ferners & §. Wann denn.* Plures Recessuum textus allegati videri possunt apud Cruf. *Tr. d. Præced. L. 1. c. 1. n. 17. seqq.* Singulis ferè ad huc Comitibus novarum disputationum ac litium clamoribus de hac causa omnia replentur, cum ne quidem vetera dissidia composita. Tam acriter autem sæpius hæc de præcedentia quæstiones ventilatæ inter Reges & Principes ut maximis bellis & turbis ortum præbuerint, quod abunde ex Historiis clarescit.

- 21 Ut autem damnandi sunt ii qui ambitione & fastu de ordinis prælatione contendunt, ita è contra qui non vana gloriæ cupiditate, sed ordinis ratione, & ut Familiarum dignitas conservetur, debitum sibi locum expetunt, laudem merentur.
- 22 Menoch. *vol. 1. Conf. 51. n. 3.* Nihil siquidem aliud videntur agere quam ut justo dignitatum ordine conservato, ipsa conservetur Respublica. In quem finem Jura tam Cæsarea quam Pontificia ordinem, dignitatem, & gradus observari volunt. *l. honor 14. §. gerendorum 5. l. ut gradatim 12. ff. d. Mun. & honor. tot. tit. C. ut dignit. ord. serv. c. solita x. d. Major. & obed. c. ut debitus x. d. Appellat. c. Ex ore x. d. Privil.* Injurius utique in se foret, qui posthabita dignitatis ratione alteri cedere vellet, & certe multi in Imperio reperiuntur, qui non à superbia sed à pudore incitati sese opponunt, & cederent forte, si speciem suæ cessionis haberent, ubi enim aliquis prætextus suppetit, facile inter æquales eminentia permittitur, uti ex Virgilio Malvezi *Tr. d. Principe loquitur. Arum. d. Comit. C. 7. n. 77.* In Principum ergo

ergò Sessionibus series publica turbanda non est. *l. ult. C. d. Primic.* Unde minime cum illis faciendum qui Christianis Prin-²⁴
cibus & Magnatibus sessionis quæstionem indignam esse asse-
runt, quæquam enim illi in medium proferant illud Salvato-
ris nostri, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat ex-
altabitur. *Luc. 14. v. 18. Matth. c. 20.* & verba Theologica La-
tæant. *in L. 5. c. 16.* Item verba Ethnici Chilonis, Æsopo quæ-
renti, quidnam Jupiter ageret, respondentis, alta humi-
liat, humilia vero exaltat. Hæc verò & quæ alia in hanc²⁵
partem adduci amplius possunt, ostendunt quidem eos graviter
errare, qui indebitum sibi sumunt locum, quos Apostolus e-
tiam ad *Philip. 2. v. 3.* reprehendit. Atqui suum sibi locum
conservare cupit, Christiano homine non minus indignum
quam ubi res suas sibi adsertum expetit, agit, unde & legitimis re-²⁶
mediis tam recuperare, quam retinere Jus, hoc suum poterit,
de quo vid. Hermannus Hermes *in Fascic. Jur. Publ. c. 28. n. 19.*
Imo hæc contentio casu eveniente, quod nihil contra Jura fiat,
sine honoris & famæ læsione, quæ cum vita pari passu ambulat
prætermitti non potest, honori enim omnia sunt postponenda.
l. Julianus 26. ff. si quis omiss. caus. test. quæ autem sine rubore
& verecundia fieri non possunt, facienda non sunt *l. pen. ff. d.*
Furt. Dummodo tamen ut supra dictum, non vana gloriæ cu-²⁷
piditate, sed cum moderatione id fiat, maxime vero pacifica-
tionis tempore, ubi sessionem in utilitatem boni publici non
adeo urgendam dixit Comin. *L. 3. c. 9. conf. Arum. d. Comit.*
c. 7. n. 99. seqq. Hermes *in Fasc. Jur. Publ. c. 28. n. 16. seqq.* Carpz.
ad L. Reg. c. 10. Sect. 7. n. 34. & seqq.

An autem controversia præcedentiæ tanti sit momenti,²⁸
ut Princeps etiam Sessionem sibi debitam armis vindicare &
tueri possit, à multis inquiritur? Et ita consuluerunt Menoch.
conf. 902. n. 76. & seqq. L. 10. Nolden. *de Nobil. c. 19. n. 55. &*
seqq. & plures alii allegati à Schutizio *vol. 1. Diss. 8. tb. 12.*
Lit. A. in fin. Dicunt enim, esse turbationem honorum, quæ
cum vim includat, vi quoque possit repelli, adeo ut si quispiam
defendendo locum sibi debitum, adversarium prohibentem oc-
cidat

cidat, pœna ordinaria haud puniendus sit. Schutz. *d. l. 16.*
 29 13. *infin.* Qua de causa tempore Friderici III, in Comitibus Augu-
 stanis Georgius Dux Bavarix, eo quod Sigismundus Marefchallus
 de Pappenheim Alberto Saxonix Duci superiorem locum assigna-
 verat, Sigismundum ad duellum provocavit, quos tamen Maxi-
 milianus I. tum temporis Rom. Rex, interveniens placavit,
 30 ex Sixt. Sommer. Carpz. *de L. Reg. c. 10. Sect. 7. n. 28.* Ita Le-
 gatus Reipublicæ Genuensis & Senensis in Coronatione Caro-
 li V. Bononix, Jus præcedentiæ pugnis propugnarunt. vid.
 Paul. Jov. *Hist. sui temporis. Tom. 2. P. 1. L. 27. & ex eo Crus.*
 31 *d. Præced. L. 1. c. 1. n. 9.* Pari ratione cum ad Instantiam Phi-
 lippi II. Regis Hispaniarum Maximilianus II. Imperator in
 Aula sua Caroli IX. Gallix Regis Legatis præcedentiam dene-
 gasset, hanc insignem Injuriam ad bellum Hispano inferendum
 sufficientem esse, Gallix Admiralius Colinius Regi suo persuade-
 re conabatur. Thuanus *L. 35. & 49. Histor. citatus à Carpz.*
ad L. Reg. c. 10. Sect. 7. n. 23. add. Limn. *d. Jure Publ. L. 4. c. 9. n.*
 33 *seqq.* Controversiam quoque hanc singulari quæstione teti-
 git Hermannus Hermes *in Fascic. Jur. Publ. c. 27. n. 17.* cui add.
 Arum. *Tr. d. Comit. cap. 7. n. 100.*

Quemadmodum extra Imperium, ita simili modo in Im-
 perio nostro lites & controversiæ de Sessione & præcedentia
 sunt infinitæ, tam inter Legatos non præsentium, quam inter
 32 ipsos Principes si præsentibus adsint. In Collegio quidem Electo-
 rum, ut ab illo initium fiat, à Carolo IV. certa sedendi ratio
 fuit determinata & præscripta in *cap. 3. & 4. Aa. Ba.*
 quæ adhuc observatur, nisi quod introducto octavo Electoratu
per Instr. Pac. Art. 4. ratione hujus nonnulla sint immutata.
 Hodie igitur Moguntinus primum locum occupat à dexteris
 Imperatoris, cui assidet Elector Bavarix, & Elector Brandenbur-
 gicus, à sinistro Imperatoris latere, Coloniensis Saxo, Palati-
 nus, & è diametro collocatur Trevirensis, ita ut Imperatori
 faciem porrigat, uti videri est ex Jehnographia Comitiorum in-
 33 ferta ab Herm. Hermes *in Fascic. Jur. Publ. c. 40.* Hoc vero ita
 observatur si Electores omnes ipsi præsentibus adsint, si vero ali-

qvi

qui præsentibus cum absentium concurrant Legatis res aliter se habet, Brandenburgici quidem & Palatini locum Principalem suorum retinent, quia hi duo, iste à dexteris, hic à sinistris extremum locum habent & latus concludunt, quod si vero ex intermediis Electoribus, e. gr. Saxo non fuerit præsens, ejus Legatus post Electores præsentibus sessionem ultimam tenere debet, quamvis alias Principalis ejus si præsens esset, præferretur nonnullis, exinde quamvis in Comitibus 1560. Colonienfis præsens adesset, tamen cum propter morbum investiturae Magistri Ordinis Teutonici interesse non posset, Legatus ejus post Augustum Electorem Saxoniam sedere jussus fuit. Lehmann. in *Chron. Spier. L. 7. c. 124.* Ita in Comitibus Ratisbonensibus post longam altercationem, Electoris Bavari, cæterorumque Secularium Electorem Legati, Carolo Ludovico Electori Palatino, propter personalem præsentiam quamvis alias ordine ultimo, cedere jussi fuerunt, per singulare Decretum & Constitutionem inter Electores conventam, quam exhibet Eitel Friederich von Herden in der *Grund-Feste / P. 2. c. 4.* Aliam de hac re Electorum conventionem vid. apud Limn. *ad A. B. c. 4. Obs. 9.* add. Idem *ad Jus Publ. L. 4. c. 9. n. 56.* Myler. *d. Princip. & Stat. c. 13. §. 27.* Conring. *d. Republ. Imperii Germ. Exerc. 9. th. 46.* Shutz. *vol. 1. Disp. 8. th. 15. Lit. A.*

Si dicti Electores omnes adsint & Solemnis celebretur Curia, ubi Imperator ipse sit præsens, quilibet è Secularibus insignia præferre debet, secundum ordinem determinatum in A. B. quando vero contingit casus ut non sint omnes præsentibus sed absentium Legati compareant, controversia non semel fuit mota an Legati absentium an vero præsentibus Subofficiales hoc munere defungi debeant, ut Imperatori insignia præferant? Et si Elector Secularis in Solemni curia præsens existat, nullum dubium est, ipsum in exhibitione officii præferri Subofficiario suo, quando verò ipse non præsens adest, sed eo mittit Legatum suum quandoque hæc lis mota fuit, præcipue in Coronatione Caroli V. Cum enim ad hanc Coronationem non præsens Elector Saxoniam Fridericus, vice sua mississet Principem Anhaltinum, ipse



- quoque prætendit subire munia illa, quæ competerent Electori si præsens esset, attamen Vice-Mareschallus de Pappenheim officium demetiendi avenam subiit. vid. *Hart. Maur. d. Coron. Caroli V. & ex eo Arum. d. Comit. c. 6. n. 58. Limn. ad A. B.*
- 38 *c. 27. §. 6. Obs. 21. & de Jure Publ. L. 3. c. 7. n. 74.* Et fuit tum quoque pro Subpincerna de Limpurg. Subofficiario Regis Bohemiæ contra Legatum ejusdem Regis, cum hic Imperatori vinum aqua dilutum ex more propinare vellet, judicatum.
- 39 *Hart. Maur. & Autores cit. d. l.* Et in Comitibus Augustæ anno 1566. habitis, cum investiretur Augustus Elector Saxoniz, inter Legatum Brandenburgicum, & Comitem Zollerensem Sub-Camerarium, controversia itidem hac de re exorta fuit, sed pro Sub-officiario Zollerensi judicatum fuit, qui & officium Electoris Brandenburgensis peregit. Legati tamen Electoris protestationem interposuerunt. Idem Comes de Hohenzollern Subcamerarius in Coronatione Matthiæ Imperatoris officio non præsentis Electoris Brandenburg. defunctus fuit, excluso
- 40 Legato Barone à Putlitz. Sic etiam in Coronationibus Ferdinandi II. & Ferdinandi III. observatum meminit. *Shutz vol. 1. Diss. 7. tb. 15. L. A. & Arum. d. Com. c. 6. n. 58.* Distingvit tamen Schutz.
- 41 *d. l.* Inter illa quæ præcise officio & naturæ Subofficialis cohærent, & inter illa quæ eidem non ita cohærent, quæ valia esse putat insignium Imperialium prælationem, quam à Legatis expeditam novit, attamen huic contrariari ex parte videtur, quod expresse inter Electores convenerit, si Elector aliquis non sit præsens in solenni Curia, quod tunc Insignia Imperatori non præferri debeant à Legato sed Subofficiario, annotante Magnif.
- 42 Dno. Rehtio in *Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 13. §. 2.* Imo tali dubitatione & distinctione minime opus esset, cum *A. B. c. 27. §. 6.* expresse non præsentis Electori surroget Subofficiales, non Legatos, neque proinde opus est hujus quæstionis decisionem petere ex actu observantia, quamvis & hæc multum ad dilucidationem & explanationem controversiarum faciat, ubi enim clarum Jus est, & lex aperte loquitur, ibi observantia non adeo attenditur. Imo in tantum excludit, A. B. Electorum Legatos ab
- Officio.

Officiorum Electoralium administratione, ut non præsentibus Subofficialibus Electorum, ea Cura pertinere dicatur ad Imperialis Curia ordinarios & quotidianos Ministros, qui vice non præsentium Subofficialium defunguntur, Uti tradit ex aliis Limn, *ad A. B. c. 27. §. 6. obs. 21. n. ult.* Verum non placet Limn. *in obs. 22.* Sententia adducta, dicitque decisionem huius quæstionis an Subofficialis Legatô Principalis sui non præsentis, in officio præferatur? petendam esse ex tenore investituræ, qua illis hæc officia conferuntur, aut si ille ambiguus sit, recurrendum ad usum & praxin, minime vero ad *text. Aa. Ba.* quoniam in eo huius casus decidendi ratio non sit exposita, & scèpissime ipsa A. B. usum & observantiam respiciat. cum quo consentit, Rumel. *ad A. B. P. 3. Dissert. 5. tb. 25.* & Mylerus *in Addit. ad: d. tb. Conring. d. Republ. Impnrii Germ. Exerc. 10. tb. 19.* Schweder. *ad Jus Publ. P. Spec. Sect. 1. cap. 8. §. 2.*

Si etiam contingat Subofficiales non præsentis adeste, ordinarii Imperialis Aulæ Ministri vice eorum & quilibet in locum ejus cui in vocabulo vel officio communicat succedit, & officia expedit. *A. B. rit. 27. §. 6.* Ex quo satis apparet hos ultimos minime præferendos præsentibus Subofficialibus, quoniam in casum absentia tantum ipsis fuerunt substituti, ergo non prius poterunt fungi, officio eorum, quam si contigerit eos nos præsentis adeste, aliquando tamen & hac de re mota fuit lis subofficialibus, & primo quidem in Exequiis Ferdinandi I. Imperatoris ubi Mareschallo de Pappenheim gestatio gladii fuit denegata anno 1565. & quamquam ille protestatus sit de Injuria sibi illata, tamen illa vice nihil obtinuit. Postea verò cum Imperator causæ justitiam cognovisset, per singulare decretum Maximilianus II. anno 1566. expresse ordinavit, hunc actum non debere vergere in præjudicium Subofficialium. Imo pugnat pro his textus expressus *Aa. Ba. c. 27. §. 6.* Et ne hoc amplius à quotidianis aulæ Ministris fiat, expresse cautum in *Capit. Ferdinandi II. Art. 41. verb.* Die versüqung zu thun das denen Erb. Nemptern von Hoff. Nemptern keines weges vor und eingegriffen werden. quod etiam repetitum in *Capit. Ferdinandi III. Art. 48 Ferdinandi IV. Art.*

43

44

45

46



- Art. 46. & Leopoldi Art. 46.* ne aliter quam certa ex causa Officiales Imperatoris in hereditariorum Vicariorum vices substituantur, causam autem illam *Limn. ad Art. 41. Capit. Ferdinandi II.* putat esse, ubi Subofficialis Electoris in Aula quidem præsens est, sed infirmitate, vel alio legali Impedimento detinetur, quo casu tamen Subofficialis omnem percipit utilitatem & fructum, quæm percepisset, si ipse præsens officio suo functus fuisset. *Art. 41. Capit. Ferdinandi II.* Regula quidem est, qui gerit officium tollit fructum, & qui suffert laborem, tollit lucra & commoda, quæ aliquo modo etiam fundata videtur in *A. B. c. 27. §. 6. inf. & c. 29. §. 2. verb. item dabit. inf.* Limitatur tamen & hæc regula, nisi sit præsens, & velit officium exhibere, sed impediatur infirmitate, vel alia justa causa, tunc enim commodum fert, licet onus non subierit; ratio est, quoniam per eum non stetit, quod illud non subierit *Limn. ad Capit. Ferd. II. Art. 41.* Demonstrat hoc fuse Autor consultationis d. *Præcedentia der Erb und Hoff. Amper* apud *Limn. d. Jure Publ. L. 3. c. 7. n. 75. & Arum. d. Comit. cap. 6. n. 44. add. Rumel. ad A. B. P. 3. Dissert. 5. th. 23. & Myler. in Addit. d. l. Schutz, vol. 1. Diss. 7. th. 25. Lit. A.* Quod etiam in *A. B. cap. 27. §. 6.* dispositum Ministros Imperatoris in casum quando Subofficiales non sint præsentibus debere percipere fructum, ex administratis officiis oriundum, hodie etiam mutatum, nam indistincte, licet non præsentibus sint, & quotidiani Imperatoris Officarii ministrent, nihil ominus ex tali administratione ipsis debita reddi debent per expressum textum. *d. Capit. Leopold. Art. 46. add. Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 4. §. 47.* Hoc tamen ita, si justo Impedimento detenti non præsentibus fuerint, intelligendum dicit. *Schweder. in Introd. ad Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. c. 8. §. 2.*
- Revertimur jam ad Legatos Electorum, quibus præsentibus Electores præferri supra §. 6. indicavimus, de qua re nulla amplius controversia, cum notum, eam LL. Imperii & conventionibus Electorum clare decisam esse, An vero & iidem cedant
- 49 reliquis Imperii Principibus in persona præsentibus, an ipsis præferan-

rantur? adhuc controvertitur, Legatos enim Electorum hanc
 præcedentiam urfisse, constat ex memoriali in Comitibus hodi-
 ernis à Principibus exhibito Cæsari, quod refert Autor
 der Grund-Feste P. 2. c. 5. pag. 113. allegantes pro se Art. 5. Cap.
 Leopold. verb. und den Fürsten in Person ohn Unterscheid. Ve- 50
 rùm Principes in dicto memoriali protestati sunt; concessere-
 runt quidem Legatis Electoralibus in actibus publicis colle-
 gialibus, & ubi illi munia Principalium suorum subeunt præ-
 cedentiam, verùm in aliis conventibus, ubi à Legatis perso-
 næ suorum Principalium non repræsentantur, minimè sibi præ-
 judicari petunt, adducunt enim pro se Imperii observan-
 tiam, ubi semper hoc casu Princeps Imperii in persona præ-
 sens, prælatus sit Electorum absentium Legatis, ratio autem
 quod in actibus solennibus Legati Electorum præferantur
 Principibus in persona præsentibus, hæc esse videtur, quod Col-
 legia Electorum & Principum sint separata, & Collegium Ele-
 ctorale præfertur Principali, & hoc intuitu Legati Electorum
 Principibus præsentibus, ut pote qui sint in inferiori, etiam in
 aliis actibus solennibus hæc duo Collegia seperatim se gerunt,
 ita ut semper Collegium Electorale præferatur, & hoc modo
 etiam ipsorum Legati. Extra illos autem actus solennes, & 51
 Collegiales rideretur profecto Legatus Electoralis, qui Magno
 Principi quem Cæsar ac Reges colunt, quem Electores ut æqua-
 lem suscipiunt, controversiam de præcedentia moveret, libe-
 rius pro more suo dicente Furstenerio d. Jure Suprematus c. 49. p.
 233. vid. Lim. d. Jur. Publ. L. 4. c. 9. n. 56. Controversiam hanc adhuc 52
 indecisam esse tradit Magnif. Dn. Rhetius in Dissert. Jur. Publ.
 6. c. 2. §. 17. Autor der Grundfeste P. 2. c. 5. tamen expres-
 se asserit, Principes in persona præsentibus extra actus solennes Le-
 gatis Electorum præcedentiam non concedere p. 112. Quamvis
 militet pro Legatis Electorum generalis sanctio in §. 5. C. Leop.
 per verba: und den Fürsten in Person ohn Unterscheid: Ubi li-
 cet inserint reliqui Principes, ut insereretur Capitulationi den
 außwärtigen Fürsten/nondum tamen id obtinere potuerunt vid.

M

Dn.



Dn. Rhet. *Inst. Jur. publ. l. 2. tit. 23 §. 8.* Nos interim hanc litem in suspenso relinqvimus.

- 53 Hæ occasione non incommode disqviri potest, an Legatis tribuenda sit sedes, & locus Principis Legantis etiam si alii Principes præsentés adsint? Incumbit quidem quam maxime Legato, Domini sui locum occupare & tueri, cum Principem suum repræsentet ejusque vices gerat. *per l. 1. C. d. Off. vicar. can. præcipinus dist. 93.* Ideo si ei de loco & sessione quæstio moveatur, pro Principis sui non præsentis Sessione & præcedentia acri Zelo tanquam pro aris & focis certare tenetur, etiam cum vitæ periculo. *Ruland. d. Commissar. L. 7. c. 2. n. 11.* Et ideo consultius est Legato, fugere potius congressum alterius Legati, quam illi unquam loco cedere, *Schutz. vol. 1. Diss. 8. tb. 15. Lit. A.* Quod plerumq; observare novit Hispaniæ Legatus, præsertim in Aula Pontificis, qui ibidem nullis congressibus interesse solet, quibus Galliæ Legatum præsentem scit. Tanti enim ponderis est dignitatis prærogativa, ut nihil in eo genere à Legatis fieri debeat, nisi quod in mandatis habeant, uti rescripsit Galliæ Rex Henricus II. ad Legatum suum, *Bodin. L. 1. de Republ. c. 9.* Hocque adhuc quotidie Principum Legatis observandum committi, & eorum mandatis inseri observantia testatur. Quod vero ita procedit, si Legati concurrant cum aliis Legatis, tunc enim sine dubio ipsis Legatis aperiri debet locus, qui Principibus proprius est. *Rumel. ad. A. B. P. 3. Dissert. 1. tb. 13.* Si vero alii Reges & Principes præsentés adsint, Regis & Principis Legati in concursu ipsis cedere debent, quod moribus ubique ferè observatur, testante *Brunnd. Legat. L. 5. c. 8. Godof. d. Præced. Part. 1. in fin.*
- 56 In conventibus quoq; imperii nostri, aliisve actibus publicis hoc obtinet, & quidem de Electoribus, quod præsentés præferantur absentium Legatis, jam ante demonstratum. Idem etiam in Principibus aliis Imperii nostri observatur, ut Principes præsentés præferantur Legatis, etiam si ipsorum Principales si præsentés adessent, illos præcederent, *Limn. Tom. 5. Addit. ad.*

ad. L. IV. cap. 9. n. 55. p. 323. quod etiam in plerisque Re-
 cessuum subscriptionibus animadvertitur, & hoc non sine ratio-
 ne, cum in *A. B. tit. 28. §. 6.* constitutum, Nuncium Domini 57
 sui sedem obtinere non posse, alio Principe præsentem, quod eo
 fundamento adstruitur, ne veritas imagine naturæ adumbretur.
l. filio 23. ff. d. Lib. & Posthum. Mylerus d. Princip. & Stat. P. 1. c.
13. §. 23. In Principe præsentem enim revera est dignitas, &
 quidem propria, quam habet Jure suo, in Legato vero tantum
 adest aliena, & adumbrata, uti itaque umbra cedit luci, ita quo-
 que cedit Principi præsentem Legatus, uti consuluit *Costa Consil.*
44. per tot. Befold d. Legatis c. 5. n. 6. citati à Mylero in *Ad-*
dit. ad Rumel. P. 3. Dissert. 1. tb. 13. cui add. *Schutz. vol. 1.*
Disp. 8. tb. 15. Lit. A. Limn. d. l. In Principibus Imperii nostri 58
 exceptio videtur quoad Legatos Austriacos & Salisburgenses, hi
 enim in scamno Ecclesiastico sedent ante alios Principes Ec-
 clesiasticos præsentem, quod tamen fit intuitu Directorii, de quo
 hi ipsi alternant, sed interea horum prærogativæ à reliquis Prin- 59
 cipibus & hi ponuntur termini, ut ultra sessionem in Senatu,
 non in aliis actibus extendi debeat. vid. *Cæsar. Furstener. d.*
Jure Suprem. c. 49. unde Autor der Grundfeste. *P. 2. c. 5. p. 112.*
 attestatur, ubi de his Legatis, & eorum præcedentia loquitur,
 Solches verstehe sich nicht weiter als auff die Session im Reichs-
 Fürsten-Rath / sintemal bey anderen begebenheiten / es sey auff
 den Reichs-Tagen oder sonst / ein Fürst / welcher in Person ge-
 genwärtig / ihermeldet (sc. Austriaco ac Salisburgensi) eben so
 wenig als den Churfürstlichen Gesanten die Præcedenz verstatte.
 Manet igitur, in Imperio nostro Principes in persona præsentem 60
 regulariter præferri Legatis absentium, quod ab antiquis tempo-
 ribus usque adeo observatum fuit, ut in Comitibus Noribergen-
 sibus anno 1542. etiam Legati Imperatoris Caroli V. Ferdinan-
 do Romanorum Regi postpositi fuerint, quanquam hoc exem-
 plo nihil probari posse contendit *Schutz. vol. 1. Disp. 8. tb. 15.*
L. A. Illud tamen certum est, Rege Romanorum præsentem, Cæ-
 saris Legatos eidem non præferri. teste *Brunn. d. Legat. L. 5.*
Cap. 8. Pariter extra Germaniam hoc obtinet in aliis Regnis & 61
 Rebus.

Rebus publicis, nam inter alia in Regno Neapolitano & Sicilia usu receptum est, ut Comitis vel Baronis Deputatus in Parlamento generali locum Baronis Domini sui non occupet, si alii Barones adsint in persona præsentes, nec ullam præeminentiam in proponendo voto præ præsentibus habeat. Uti ex Don Garzia Mastril. *d. Magistr. L. 5. cap. 15. n. 60 seqq.* probat Myler. *d. Princ. & Stat. P. 1. c. 13. § 24.*

- 62 Quid vero dicendum, si Legatus ad Comitiam missus sit Princeps Imperi, sed votum ac sessionem per se in Comitibus non habeat, an ille etiam aliorum Legatorum locum occupare debet, an verò cæteris præferendus? Si Princeps qui Legati nomine mittitur sit quidem Princeps genere, sed non ex Familia Principalis, qui eum ablegavit, is non alium, quam Legatus obtinet locum, Quando autem Princeps talis, ejusdem cum Principali Familiae esset, is Legatis etiam priorum Principum præfertur, & eodem modo censetur ac alii Principes in persona præsentes. Magnif. Dnus Rhetius *in Inst. Jur. Publ. L. 2. tit. 23. §. 10.* Consultatum hac de re fuit in Comitibus Ratisbonensibus anno 1653. occasione Julii Henrici Ducis Lauenburgensis, qui nomine Regentis fratris Augusti ad Comitiam venerat, & propterea Propositioni interesse noluerat, ne quibusdam Legatis postponeretur, tandem autem à Senatu Principum cui Cæsar hoc demandaverat, sic decretum fuit: *Es wäre hierüber threr Kånserlichen Majestät. relation abzustatten / daß nicht allein die Geistliche sondern auch die Weltliche Band / dahin geschlossen / daß so wol Ihr Fürstliche Gnaden Herzog Julio Henrich als damals regierenden Herzog zu Sachen Lauenburg Brudern / und Bevollmächtigten / als auch anderen dergleichen Fürsten / so mit genugsamer Vollmächtigung versehen und aus dem Hause des Fürsten welcher ihnen Gewalt aufgetragen entsprossen / die Session gleich andern in Person gegenwärtigen / vor der abwesenden Fürsten Gesandten einzuräumen prout refert. E. J. von Heerden in der Grundfeste. P. 2. c. 5. pag. 111.* Patet hoc quoque ex subscriptione R. J. d. anno 1500. ubi Henricus Sereniss. Dux Megapolitanus Legatus Patris sui, Magni Ducis Megapolitani aliis Legatis Principum Secularium præ-
- 63
- 64
- 65
- latus

latus fuit; simile exemplum videre licet in R. J. d. anno 1526. ibi:
Georg Land. Graff zu Leuchtenberg von wegen seines Vatern.

Principes in persona præsentés aliorum Legatos præcedere in præcedentibus deductum, quod tamen nonnulli non ita indistincte admittunt, sed de Principibus Novis controversiam movent, videbimus ergo hic, An hi Principes noviter creati, si sint præsentés, præferantur etiam ut reliqui, Legatis Principum veterum? Et hos ultimum & vacuum locum occupare debere, tradit Nold. *d. Nobil. c. 9. n. 293.* Cum locus ipsis permissus censeatur, ne aliis præjudicium concilietur. Schrader. *vol. 1. Conf. 4. n. 167.* idque regulare esse in gratiæ & prærogatiuæ indultu. *l. sicut. 9. ff. d. Servit. l. Prætor §. si quis ff. ne quid in loc. publ.* Imo dictus Autor *n. 296.* addit, Imperatorem aliquem Principem ita creare non posse, ut alios præcedat, cum Jus illis jam sit quæsitum, & quod aliorum honores aliis damnorum occasio fieri non debeat. Verum an Imperatori hoc sit denegandum meritò dubitatur, cum *in R. J. d. anno 1570. §. nachdem auch etliche.* Imperatori competere dicatur, *gebührlische Session und Stimmen einzugeben /* quod ipsum non potuisset concedi, si ultimum illum locum immutabiliter Novi Principes occupare deberent. Et quamvis in eo omnes consentiant, quod inter ejusdem ordinis Proceres tales noviter creati, antiqua stirpe Principibus præponi non possint, quemadmodum sic etiam Imperatori cum Statibus *in d. R. J. d. anno 1570. §. nachdem auch etliche /* convenisse videtur.

Illud tamen à plerisque in dubium non vocatur, quin Imperator aliquem in sublimiorem dignitatis Classem evehendo, illum eo ipso reliquis Inferioribus voluerit præpositum. Atque ita cum Imperator Ferdinandus II. aliquem in Ducem eveheret, expresse cavet, ut dignitate Ducali in sessionibus, in votis, in Processionibus, ubique locorum, & apud omnes gauderet. *vid. Status Regim. Ferdinandi II. pag. 256.* De hac controversia etiam actum fuit in Comitibus Ratisbonensibus anno 1641. Cum enim Cæsaris benignitate Principum numerus multum esset auctus, & ipsi noviter creati peterent ut in Senatum Principum

cum Jure votandi reciperentur, consenserunt quoque reliqui Principes, sed ita, ut prius præscriptis conditionibus satisfaceret quod etiam Imperatori Ipsi placuit in *d. R. J. d. anno 1641. §. und demnach wtr.* Conditionum autem harum potissimum tres erant. (1.) Daß sie mit Immediat-Gutern so im Reich gelegen / sich versehen. (2.) Daß sie der Reichs Anschlägen so sie zu tragen schuldig seyn solten / richtigkeit machen. (3.) Daß sie den alten Fürsten / und dero Abgesandten Nachsitzen und nach votiren solten. Verum hæc ultima conditio Novis Principibus illis non tantum, sed & aliis nimis onerosa visa fuit, ut pote quæ contraria Cæsareæ benignitati esset, nec non receptæ in Imperio consuetudini, quæ Princeps in persona præsens aliorum Legatis anteponitur, ideoque eam interposita protestatione subire recusarunt. vid. Schweder. in *Introd. ad Jus Publ. P. Spec. Sect. 1. c. 10. §. 14.* Nihil autem tunc sua protestatione effecerunt, sed quia conditioni propositæ satisfacere volebant, introductio quoque eorum in Senatum Principum tunc temporis cessavit, vid. Autor der Grundfeste / *P. 2. c. 5. p. 110.* Tandem verò cum in Comitibus subsequen-
71 tibus anno 1653. iterum de eadem conditione in Senatu Principum consultaretur, eam remittendam esse, Salisburgensi simul cum Austriacis placuit, qui hunc in modum perorarunt, Diese dritte Condition sey vor diesen nur von etlichen auf die Bahn gebracht / dawieder aber eine öffentliche protestation abgelesen / und dafür gehalten worden / daß solche Condition dem Fürsten Staat ganz und gar zuwieder lauffe / wie es auch in effectu nicht anders sey / den vermöge der Privilegien solle eine in den Fürstenstand erhabene Person anderen Fürsten an allen digniteten und Fürstlichen præminentien gleich gehalten werden. Derowegen / wann diese neue Fürstliche Häuser / eines oder das ander gegenwärtig in Person erschienen / könnte vielleicht der beste Vergleich dieser seyn / daß sie so denn zwar den Vorsitz vor der alten Häuser Gesandten nehmen / die
72 vota aber nach demselben suo loco ablegen. Et hoc ut Principes novi præsentés in persona comparentes, in Senatu ante cæterorum Legatos quidem sederent, vota tamen post eos exponerent, ita tum per majora obtinuit, testante Limn. *Tom. 5. Addit.*
ad

ad L. 4. cap. 9. n. 55. Imo notatum ab Autore der Grundfeste
P. 2. c. 5. p. 110. peracto Solenni introductionis actu anno 1654, 73
 d. 28. Febr. Salmensem Ditrichsteinensem, Piccolomineum, A-
 versbergium, novos Principes in Senatu præsentés, non tantum
 ante omnes Veterum Principum Legatos sedisse, sed & suffra-
 gia dixisse. Idem in hodiernis Comitiiis à Joh. Friderico de
 Porzia factum fuisse, testatur Hagemeyer *d. Comit. Imperii Germ.*
c. 5. p. 26. citatus à Schwedero *d. l. P. spec. Sect. 1. cap. 10. §. 14.*

In antecedentibus occupati fuimus deducere, quod Prin-
 cipibus in persona præsentibus competat præcedentia, si con-
 currant cum absentium Legatis, quid verò dicendum si con-
 currant plures ejusdem tamen Familiæ Principes, uter alteri
 erit præferendus? Communiter statuunt DD. hoc casu con- 74
 cludendum, eum qui ætate provector est, omnino præcedere il-
 lum, qui ætate minor est, dummodo cætera sint paria, & u-
 triusque Principis æqualis existat status, & conditio. *arg. l. 5.*
in pr. ff. d. Jure Immun. l. 3. §. Præses Provincia. 15. ff. d. Muner.
& honor. l. 1. ibi: Et inter Duumvirales antiquissimus quisq;
prior: ff. d. Alb. Scrib. can. Estote 118. causa 1. qv. 1. Et quoties
 agitur de majoritate senectutis, remoto ordine aut dignitate,
 toties eum qui major est ætate præferri debere, concludit Pere-
 grin. *cons. 84. n. 36.* Nam ex Jure naturæ dimanare videtur, 75
 ut Is quem natura primo loco posuit, anteponatur. Ernest.
 Cothmann. *Resp. 25. n. 4. 9. & 11. vol. 5.* Et huc faciunt quæ
 tradit Reink. *in Tr. d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 17. n. 27.* Ubi ad-
 ducit; Ut plurimum ætatis tantum prærogativam spectari in
 ordine præcedentiæ, si concurrant Principes unius Familiæ,
 diversarum tamen Linearum add. Anton. Coler. *d. Jur. Imp.*
Germ. Sect. 54. n. 3. & Sect. 69. Hoc quoque ipsum in Comitiiis 76
 olim obtinuisse apparet ex notatis. Sixti Sommers apud Carpz.
d. L. Reg. Cap. 10. Sect. 6. p. m. 674. ubi dicit *Folgendes irren sich*
Pfalsz / Sachsen / und Böhern / jedoch ist vor Jahren allewege der
Elteste aus jedwedern Chur-Haus nehmlich ein Pfalsz. Graff / dar-
nach der Elteste von Sachsen / und zum dritten / der Elteste vom
Haus zu Brandenburg geseffen. Hinc etiam anno 1603. in Co- 77
 mitiiis.

- mitiis Ratisbonensibus, Johannes Dux Vinariensis, non solum senioris sui fratris Friderici Wilhelmi heredibus, sc. Lineæ Altenburgensis, sed etiam ipsi Christiano II. Electori, quæ Aldenburgensium tutori, tam in nominando, quam in sedendo præpositus fuit. vid. Anton. Coler. *d. Jure Imper. Germ. Sect. 69.* Quod etiam obtinere in Palatina, Brandenburgica, Badensi, Brusvicensi, Familiis, etiamsi jus primogenituræ introductum, & Senior ex Linea secundo genita prognatus sit, testatur Coler. *d. l.* Hassiæ quoque Landgravii huic rei in sua familia certum modum dederunt, im Haupt-Vertrage zwischen Herrn Wilhelmen / und Herrn Georgen Landgraffen zu Hessen. Ubi *art. 28. 29. & 30.* Seniori præcedentia tribuitur, ita ut non spectandi anni Regiminis, sed ætatis. vid. hæc adducentem Schutz. *vol. 1. Disp. 8. Lit. A.* Sic etiam alias major natu inter Principes ejusdem Familiæ, si in successione æquales sint, investituram suo & aliorum nomine petit, prout apparet ex actis in causa Ernesti Marchionis Badensis contra Wilhelmum Ducem Bavarix, *Das es bey dem Hause zu Baden / wie auch sonst im Reich herkommen / daß allewege der Elteste Fürst von sein und der andern wegen die Lehn empfinde.* vid. Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 17. n. 27.* Idem quoque de Landgraviis Hassiæ asserit. Schutz. *d. l.*

81 Quoniam in superioribus multa de Eminentia Electorum, ut & reliquorum Imperii Principum adduximus, forte non incommodum erit, si hoc loco disquiramus; num Electores præsentibus omnibus Principibus Exteris præferantur? Et Electores quod attinet, hi quoad dignitatem Regibus æquiparantur quamvis Reges non sint, quæ enim dignitas ipsis unquam major conferri poterit quam humeris eorum Imperii Romani celsitudinem committere vid. Carpz. *ad L. Reg. c. 10. Sect. 7. n. 8.* Hinc die Churfürsten schreiben den Königen Euer Lieb. und nicht Euer Gnaden / denn sie sind dem Königen gleich geachtet uti dicit Lutherus in den Tischreden *c. 38. cit. à Limn. L. 3. d. 7. P. c. 2. n. 3.* Quam consuetudinem adhuc hodie abservarunt Electores, prout cernere licet ex quærelis Gustavi Adolphi Suæcorum.

Regis

Regis anno 1630. d. 17. April. Quod sibi non tribuissent titulum, quem tamen solum à Deo, & Antecessoribus fuisset adeptus. Cui respondendo Electores ad augustam consuetudinem provocarunt, daß solches nicht aus Veränderung des Gemühts / oder Verschmälerung der Ehren / sondern nach dem Gebrauch und Gewohnheit / deren Sie sich gegen andern Königen gebrauchen / geschehen, vid. *Arma Svec. P. 1. Theat. Europ. P. 2. pag. 147. 197. 244.*

Add. Schutz. vol. 1. *Disp. VII. th. 19. Lit. C.* Imo in actibus ad ipsam Curiam pertinentibus veluti in Electione, Comitibus &c. non tantum Regibus parificantur, sed & eis præferuntur. *A. B. c. 6. Arum. in Discurs. 4. ad A. B. conclus. 1. p. 171.* qui & hoc vult corroborare per verba decreti Imperatoris Rudolphi II. Ja daß die höchste Würde der Churfürsten / damit Sie vor andern Königen und Potentaten gezieret / eben diese ist / daß Sie einen Römischen Kaiser / dessen Hoheit / Autorität / und Gewalt / alle andere übertrifft / von der auch alle andere herfleust / zu wehlen haben. Ex hoc fundamento Elector Brandenburgensis Ratisbonæ noluit priorem locum concedere Rudolpho II. qui tum temporis solum erat Rex Hungariæ. *Limn. L. 3. d. 7. P. c. 2. n. 4.*

Notandum quoq; exemplum Legati Caroli Ducis Burgundiæ, qui cum in Comitibus Ratisbonensibus anno 1441. tempore Frederici I. Imperatoris, Electoribus præferri cuperet, eidem Electores respondebant, se è corpore Cæsaris esse, & ideo ne Regibus quidem, si qui adessent, cedere oportere. *Limn. d. 1. Myler. in Addit. ad Rumel. P. 3. Dissert. 1. th. 9.*

Propterea etiam nec Angliæ Legatus, nec Nuncius Apostolicus, coronationi Caroli V. Imperatoris præsentis interesse volebant, quibus palam constabat, se post Electores demum locum obtinere, rati per hoc Principalium suorum dignitati derogari. *Hart. Maur. d. Coron. Caroli V. apud Goldast. in Polit. Imperial. P. 3. Discurs. 3. p. 269.* Concedit quidem Regi Bohemiæ & tribus Ecclesiasticis Electoribus per *A. B. c. 6.* præcedentiam competere præ aliis Regibus. *Rumelinus ad A. B. P. 1. Dissert. 5. th. 19.* cum quo consentit *Carpz. ad L. Reg. cap. 10. Sect. 7. n. 13. & 14.* Secularibus verò aliis denegat. Ast non

82

83

84

85

86

87

N

im.



immerito ab eo discedit *Limn. Tom. 2. addit. ad L. 3. c. 2. n. 4. p. 144. Et ad Cap. Ferdinandi III. Art. IV. verb: vorgehen. n. 5. seqq. p. 685. ad A. B. Cap. 6. Obs. 6. vid. quoque Schutz. Dissert. VII. th. 19. Lit. C. & Myler. in Addit. ad Rumel. P. 3. D. 1. th. 19. qui etiam de hac opinione dubitat.*

- 88 Et hanc quidem Sessionis prærogativam & præcedentiam, in actibus ad Curiam & Imperium pertinentibus sine dubio præ omnibus exteris Principibus cujuscunque dignitatis & gradus sint, competere Electoribus omnes consentiunt.
- 89 Quid vero de aliis Conventibus dicendum, an in his etiam Exteris sunt præferendi? Regibus quidem lubenter cedunt, aliis verò Principibus anteferri volunt, & non immerito, propter illa quæ superius dicta. *Add. Besold. in Dissert. d. Præcedent. & Sess. prorogat. n. 13. fol. 139.* Negant nonnulli, Electores
- 90 in aliis actibus, utpote in Concilio vel Conventu Principum Christianorum præferri cæteris Principibus. v. gr. Magno Duci Hetruriæ &c. *vid. Renat. Choppin. d. Doman, Gall. L. 3. n. 13. p. 497.* Qui etiam adducit, quod in Concilio Basileensi anno 1433. Burgundiæ Ducis Legati Decreto Patrum obtinuerint loci prærogativam adversus Germaniæ Electores. Verùm quoniam hoc Decretum directo impugnabat decisionem Ceremonialis Ecclesiæ Romanæ ubi *L. 1. Sess. 13. c. 3.* dicitur, Principes Electores Romani Imperii digniores habentur aliis Principibus, præter Reges: ideoque hoc in Concilio Tridentino abrogatum, ubi Electores post Legatos Pontificios, præcipuum dignitatis obtinuerunt locum. *Thuan. L. 8. Histor. vid. Limn. d. Jure P. L. 3. c. 2. n. 6. Buxtorf. ad. A. B. th. 48. Lit. A. Arum. vol. 2. Jur. Publ. Disc. 1. p. 7.* Imo concesserunt Electores quidem
- 91 in Imperio in Aula Cæsarea Regibus præcedentiam, & si concurrant Legati illorum cum Legatis Regum, hi illis præferantur. *per Cap. Ferd. III. Art. 4. & Leopold. Art. 5.* Expresse vero in iisdem Capitulationibus caverunt, se præter Reges, nulli Principi, neque Liberis Rebuspublicis cedere velle, verb. *So sollen und wollen Wir solches ins Künfftige weiter nicht verstat-*
- 92 *ten. vid. Schweder. Part. Spec. Sect. 2. c. 2. §. 9.* Quod de Electori-

lectoribus dictum, illos in actibus Imperium concernentibus præferri aliis Principibus, id quoque intelligendum & extendendum ad alios Status Imperii, & Principes, *per Capit. Leopold. art. 5.* ubi dicitur, Status Imperii in persona præsentis in solennibus congregationibus in Imperio habere ante Exteros præcedentiam, ita ut Comites & Barones Status Imperii, præferantur non solum Comitibus & Baronibus Extraneis, sed & Consiliariis Cæsaris non Statibus Imperii, cujuscunque etiam dignitatis sint. vid. Magnif. Dnus Rhotius *in Instit. Jur. Publ. L. 1. tit. 15. §. 6.* Imo Principibus Imperii nostri ante omnes 93 Exteros Principes, si sint ejusdem ordinis, præcedentiam tribuere non incongruum foret; nota quippe est Caroli V. Imperatoris Sententia, qui dicere solitus est, se in aliis Regnis suis mancipiis & servis, in Germania vero Regibus imperare, cum qvoad Jus, à Regibus Imperii Principes parum distent. conf. Schutz. *vol. 1. Diss. 8. tb. 17. Lit. A. & B.*

Quoniam in hoc Cap. de præcedentia actum, & passim etiam de Legatis, quibus incumbit Domini sui honorem pro virili defendere, ideoque etiam quædam de visitationibus adduci debuissent, quis alterum prius visitare debeat, *Wer dem 94 Andern die erste Visite zu geben schuldig/* verum quia paginarum quantitas præter opinionem excrevit, & tempus maturare jubet, satis duco si hanc generalem Regulam in visitationibus observandis adduxero, quæ hæc sit: Ut novissimè adventanti simul ac cæteris Legatis præsentiam suam significaverit, primus visitationis honor debeatur, postea tamen posterior adveniens, pari solennitate & curialibus alios revisitare solet. Hoc tamen ita procedit, si omnes Legati missi sunt à Principibus 95 sibi dignitate paribus. Etenim spectari solet & comparari fortuna atque potentia ipsorum Principum à quibus Legati sunt, deinde momentum rei, temporis, ipsiusque obsequii. Vid. Friderici Marselaer. *Legatus L. 2. Dissert. 12. in fin. p. m. 258.* Regulam adductam quoque proponit tanquam generaliter observandam Wickquefort *d. Ambassadoribus. L. 3. c. 21. ab initio.* ubi in seqq. hujus regulæ plurimas limitatio-

96 nes proponit, quæ videri possunt *p. m. 419. seqq.* Idem quoque in Comitibus inter Legatos Principum nostrorum observari testis est. *Eitel Friedrich von Heerden in der Grundfeste. P. 1. C. 6. pag. 58. Conf. Diss. d. Legation. Princip. Germ. Cap. IV. th. XVII.* Vid. quoque potest Autor *Anonymus in Triga discursuum ad Rempubl. spectantium discurs. 1. edit. Friburgi anno 1678, in octavo.*

CAPUT. VI. DE JURE PRÆSENTIÆ CIRCA IMPERII FEUDA.

SUMMARIÆ.

C onnexio.	n. 1	<i>bitrio constitutum, velintne presentes provinciarum suarum Investituras recipere.</i>	
<i>Status sunt Imperii Vasalli.</i>	2	<i>26. seqq.</i>	
<i>Petere debent investituram.</i>	3	<i>Exemplis illustratur.</i>	33
<i>Quo tempore.</i>	4. seqq.	<i>Limitatur.</i>	39
<i>Quomodo.</i>	12. 13	<i>Vasallus Servitia feudalia regulariter in persona presens prestare tenetur.</i>	38. seqq.
<i>Quo in loco petenda.</i>	14. seqq.	<i>An Status, ut presentes operam Imperio prestent, sint obligati?</i>	40. seqq.
<i>Imperatori liberum est, an velit in persona presens, an verò per Procuratorem Investituram feudorum Imperii concedere.</i>	20. seqq.		
<i>Et in Principum & Sratuum ar-</i>			

1 **H**Actenus de Principum nostrorum Eminentia, Jure, ac commodis quædam adduximus, necessum ergo jam erit ut quoque paucis consideremus Eorum onera.

2 **H**Quorum primum est, ut Status sint Imperii Imperatorisque Vasalli, propterea suorum Principatum ac ditionum

num

num Investituram ab Imperatore petere tenentur, tempus au- 3
 tem quod regulariter petitioni investituræ de Jure Feud. Com,
 præfinitum, & illos observare oportet, tam Seculares quam Ec-
 clestasticos. *Art. 5. §. 2. J. P. verb: intra annum à die Electionis
 vel Postulationis.* Magnif. Dnus Rhetius *in Inst. Jur. Publ. L. 2.
 tit. 29. §. 7.* Myler. ab Ehrenbach. *d. Princip. & Stat. P. 3. c.
 91. n. 1.* Tempus vero hoc est annus & dies à facta mutatione. 4
2. Feud. 40. & 2. Feud. 24. nec obstat ibi text. *1. Feud. 22.* ubi
 annus & mensis statuitur, computatur enim in prioribus texti-
 bus dies non naturaliter sed civiliter, pro spatio temporis bre-
 vioris annum excedentis Struv. *in Syntagm. Jur. Feud. c. 10. tb. 7.
 n. 2.* Dnus Præs. *in Exam. Jur. Feud. c. 17. qu. 12.* Computa-
 tur autem hoc tempus Jure feud. Commun. à die mortis vel mu-
 tationis domini, vel Vasalli possessoris, & ab initio utile est. i. e.
 currit demum à tempore scientiæ *arg. 2. Feud. 9. §. 1. verb. ex
 quo sciverit computando & 2. Feud. 24. arg. l. 2. ff. Quis ord. in
 poss. serv.* ignorantiam enim merito succurritur, nisi ignorantia
 fuerit supina vel affectata. *arg. l. 6. ff. d. Jur. & fact. ignor. vid.
 Magnif. Dn. Rhetius in Comment. Jur. Feud. tit. 22. p. 450.* Igno-
 rantiam hanc vasallus Juramento probare debet, si eam alleget.
 Quoad cursum vero hoc tempus est continuum, nisi qua impe-
 dimenta justa intervenerint, sive ista impedimenta statim
 initio anni, sive coepto jam cursu contigerint. Schrad.
d. Feud. P. 2. cap. 2. n. 50. Tempus hoc à Lege definitum. 5
 Dominus invito vasallo coarctare nequit *arg. l. 4. §. 5. ff. d. Re
 Jud. l. 186. d. R. 7.* bene tamen ipso consentiente. *arg. 2. Feud.
 3. §. f. & 2. Feud. 2. in f.* Quoniam quilibet Juri pro se introdu-
 cto renunciare valebit. Neque prorogare hoc tempus peten-
 di renovationem Dominus invito vasallo potest, ut cum præ-
 judicio illius denegetur, vel suspendatur investitura, cujus for-
 te interest eam citius fieri. Struv. *in Syntagm. feud. c. 10. tb.
 7. n. 3. & 4.* Rittersh. *in Part. Jur. Feud. L. 1. c. 9. qu. 13.* Et hic 6
 terminus Vasallo ad petendam, Domino ad concedendam re-
 novationem præfixus. Struv. *d. l. n. 3.* Quod si ergo Dominus
 in casum debitæ petitionis factæ, malitiosè investituram Va-
 fallo

- fallo denegaret, secundum communem DD. opinionem, Jure quoque suo excideret, dum Dominus & Vasallus in iis quæ nexum feudalem respiciunt ad paria judicentur, *arg. 2. Feud. 6. in f. & 2. F. 33. §. 1. in f.* vid. Magnif. Dnus. Rhet. *cit. l. p. 451.*
- 7 Tempus verò hoc si Vasallus non observaverit, feudo privatur. *2. Feud. 24. pr.* & non tantum ipse, sed & liberi ejus. *2. F. 31.* Refertur enim hæc causa inter causas ingratitude ob quas Vasallus feudo privatur. *2. F. 24. verb. tanquam ingratus.* Privatur verò tunc feudo, si dolose intra constitutum tempus non petierit renovationem, *2. Feud. 22. §. ult.* vel si ejus incuria vel negligentia inexcusabilis accesserit. *2. F. 55. pr. in f.* Hæc enim hoc casu dolo æquiparatur Struv. *in Syntagm. Jur. feud. c. 10. th. 7.*
- 8 Quo igitur constet de Vasalli culpa, opus est causæ cognitione & sententia condemnatoria, tum ut legitime convincatur vasallus; (nullo quippe Jure deneganda reo quæ ad defensionem illius pertinent, etiam in iis quæ ipso Jure incurrit non debet inaudita causa puniri, sed opus est Processu Judiciario. *Mev. Part. 1. Decis. 317.*) Tum quoque ut se declaret Dominus, an gratiam facere velit Vasallo. Solent enim nonnunquam rigorem hunc remittere Domini, & loco amissionis feudi arbitrariam poenam irrogare, remissio verò hæc vel fit expresse, vel tacite, priori modo per voluntatem verbis aut scriptis declaratam, tacite per actum privationi contrarium, si vel Dominus post neglectum investituræ tempus, quod sciverit, debita Servitia exegerit, vel alio modo negligentem pro Vasallo habuerit. *Schrader. d. Feud. P. 6. C. 2. n. 78.* Magnif. Dn. Rhet. *in Comment. Jur. Feud. L. 1. tit. 22. p. 460.* Si itaque feudum hoc
- 9 ita amissum est, Domino aperitur. *2. Feud. 55. pr. in f.* Non autem hac Vasalli culpa agnatis reliquis præjudicatur, quoad Jus succedendi in feudo antiquo, quod à primo acquirente, qui nihil deliquit habent, ideo feudum quandiu vivit vasallo, qui feudum amisit, manet apud Dominum, mortuo tamen eo & ipsius liberis, ad agnatos revertitur. *2. Feud. 31. Struv. d. Feud. c. 10 th 8. n. 5.*
- 10 Excusatur vero Vasallus à feudi amissione si Justas habuerit causas, quare intra præscriptum tempus Investituræ renovationem

tionem petere non potuerit. Inter quas est Justa absentia vassalli, si vel Reipubl. causa, e. gr. Studiorum absit Rithersh. *in Part. Feud. L. 2. Cap. 5. qv. 44.* vel etiam voluntariè, & Dominum vel possessorem vassallum mortuum esse, justa ignorantia concurrat. *arg. l. 29. §. 2. ff. mandat.* Domini vero absentia, siue justa, siue injusta, modo procuratorem non reliquerit à quo vassallus investituræ renovationem petere possit, excusationi est Vassallo, *conf. tex. 1. Feud. 22.* Magnif. Dnus Rhetius *in Comment. ad L. 1. tit. 22. p. 461.* Rosenthal *d. Feud. Cap. 6. conc. 5. n. 1.* Excusatur quoque Vassallus, si graves & capitales inimicitiae intercesserint ipsi cum Domino, grave quippe est inimico Juramento obstringi. Rosenthal. *d. l. concl. 53. n. 1.* Et hinc si inimicitiae hæ fuerint probatae ipse Jure Vassallum tutum esse, nec quidem Investituram, per Procuratorem recipere debere putat Rosenthal. *d. l. n. 5.* cui adstipulatur. Magnif. Dnus Rhetius *d. l. p. 458.* Inimicitiae vero hæ non debent oriri à vassallo ita ut illis causam dederit, nam sic non excusatur, quoniam nemo ex culpa vel malitia sua commodum sentire debet. *arg. l. 1. §. 1. ff. d. Dol. mal. & metus except.* Sed si à Domino proficiantur excusationi sunt. Et hoc ampliatur etiam si Dominus Vassallo dederit salvum conductum, tamen se ei vassallus committere non cogitur. Rittershus. *in Part. feud. L. 2. c. 5. qv. 44.* Imo extendunt hoc, ut Vassallus non tantum excusetur ob inimicitias inter se & Dominum, sed etiam inter se & tertium natas, tamen sine sua culpa, ob cujus justum timorem Dominum adire non audeat, quod forte per inimici loca iter faciendum Borcholt. *d. Feud. c. 8. n. 15.* Rosenthal. *conc. 53. n. 6.* limitantur tamen nisi vassallus tam sit potens, vel alio modo sine metu inimicorum Dominum adire possit. Rosenthal. *d. l.* Simili modo à poena caducitatis liber est vassallus, si rem feudalem esse ignoraverit. *arg. §. si vassallus feud. alien. ignor. 2. Feud. 26.* Ritterhus. *d. l. qv. 44.* Infantia etiam inter excusationis causas refertur tam respectu Domini quam vassalli *1. Feud. 22.* Si autem Dominus infans tutorem habeat, ab eo investitura petenda. Rosenthal. *c. 6. conc. 42. n. 1.* Struv. *de Feud. c. 10. 16. 9. n. 4.*

§. n. 4. Infantia autem quoad Vasallum à Feudistis extenditur ad 14. annos. Rittersh. *Part. feud. L. 2. c. 5. qv. 44.* Ratio quia hæc ætas nondum præsumitur doli capax, sola autem dolosa omissio caducitatem feudi operatur, uti antea dictum. Imo multæ aliæ adhuc dantur exceptiones, & excusationes ob quas Vasallus feudo non privatur, quas videre licet apud Rosenthal *d. Feud. c. 6.* Rittersh. *Part. Feud. L. 2. c. 5. qv. 44.* Struv. *c. 10. tb. 9.* & generaliter, quicquid Jure Communi excusat à contumacia, illud excusat à non petitione Investituræ Dnus Præses **II** *in Exam. Jur. Feud. Cap. 17. qv. 16.* Quando autem per successionem feudum ad Vasallum devolutum, id est aperto feudo antiquo, hoc fatale renovandæ investituræ positum est. Novi vero feudi ratione id non cautum, sed ejus tempus est arbitrium, quoniam acqviens, Vasallus nondum est, nec se proprio motu offerre tenetur, sed expectare potest requisitionem Domini, quod si autem ter monitus Investituram non receperit feudo cadit. Magnif. Dnus Rhet. *in Comment. pag. 452. n. 1.* Rosenthal. *c. 6. concl. 43. n. 1. 2. F. 24. §. Est & alia.* Nam quid boni sperandum ab illo, qui statim ab initio contumaciter abfuit Rittersh. *L. 1. c. 9. qv. 9.*

Quando autem Vasallus petit Investituram fieri hoc debet humiliter, devote, & cum reverentia, quod etiam observare tenentur Status imperii. Myler. *d. Stat. Imperii P. 3. c. 91. n. 1.* **II** *Limn. d. Jure P. L. 4. c. 7. n. 1.* Est enim investituræ petitio signum reverentiæ quam Vasallus Domino suo exhibere tenetur Rosenthal. *d. Feud. c. 6. conc. 29. n. 1.* Intelliguntur autem hic illa feuda, quæ Status Imperii immediate ab Imperio tenentur, quorum renovatio per Investituram tum petenda, quando vel persona vasalli mutata, vel Imperatore mortuo alius in ejusdem locum successus est. Schrad. *d. Feud. P. 6. cap. 1.* *Limn. d. l. add. c. un. 2. Feud. 22.* Ut signum hoc reverentiæ primum exhibeatur Domino, eoque vasallus quasi fateatur, se feudum potius beneficio Domini & primi acqviens, quam successionem habere, neve longinquitate temporis aut ignorantia vasalli, Domino Jus suum quod habet intervertatur, *Limn. d. l. n. 2.* Est autem

autem hæc renovatio, confirmatio & quasi redintegratio ¹³
investituræ primitus factæ, nec ideo quicquam novi Juris ad-
dit, sed id quod invenit confirmat, unde sub eadem forma &
pacto fit, quo prima facta. Vultej. *d. Feud. L. 1. c. 7. n. 96.*

Petenda Investitura regulariter est ad Domum Domini, ¹⁴
quod intelligendum si Vasallo tutus & honestus ad eam sit ac-
cessus. Rittersh. *Part. feud. L. 1. c. 9. qv. 8.* Et ita Status Impe-
rii in Aula Imperatoris regulariter Investituram petere debent
nisi pactionibus vel privilegiis aliud cautum sit. Rittersh. *d. l.*
Carpz. *ad L. Reg. Cap. 10. Sect. 9. n. 7.* Limn. *d. Jure P. L. 4. c.*
7. n. 20. Schütz. *vol. 1. Diss. 6. th. 26. Lit. A.* ejusmodi privile- ¹⁵
gium à Friderico III. Imperatore familiæ Austriacæ est conce-
sum, tenor hic est: *Daß die Erz-Herzoge nicht schuldig seyn sol-*
len / umb Entfang Ihrer Lehn aufferhalb des Landes Oestereich zu
reisen / sondern sie sollen ihnen in derselben Lande geltehen werden /
und so ihnen das versaget würde / sollen sie das drey-mahl schrifft-
lich ersuchen und erfodern / und mögen es demnach ohn alle Furcht
der Seligkeit besitzen als hätten sie es leiblich empfangen. Arniseus
d. Jur. Majest. L. 1. c. 5. n. 19. p. 149. Joh. Cuspin. *in Austria vid.*
Privilegium hoc apud Limn. *L. 5. c. 2. n. 30.* Rex Bohemiæ quo- ¹⁶
que non nisi Investituram in locis determinatis suscipit, ex pri-
vilegio Friderici III. Imperatoris dato anno 1462. In quo con-
stitutum, quod Rex Bohemiæ investituram recipere non teneatur
extra metas vel fines Regni sui, aut finitima loca decem vel quin-
decim milliaria Alemannicæ à Regno suo distantia. Lim. *d. Jure*
P. L. 3. c. 8. n. 26. Carpz. *d. l. n. 9.*

Olim Investituræ frequentius in Curiis solennibus, Co- ¹⁷
mitiis, vel aliis actibus publ. Imperialibus, non tam in aula
Cæsarea fiebant uti hodie. Limn. *L. 4. c. 7. n. 23.* id quod eti-
am patet ex *c. 29. A. B.* Sic Friedericus I. seu Barbarossa Pe- ¹⁸
trum gladio de Regno Daniæ in Comitibus Mörseburgensibus
investivit. Frising. *d. Rebus gest. Frider. cap. 3. n. 53.* Frideri-
cus III. Landgravius Hassiæ in Comitibus Ratisbonensibus an-
no 1471. Suarum Provinciarum Investituram concessit. Ca-
rolus V. in Comitibus Augustanis anno 1530. Pomeraniæ Duces

O

&

& Gualterum Cronbergium Boruffiæ Magistrum, & in Comitibus Augustanis 1548. Mauritium in locum captivi Johannis Friderici de Electoratu investivit. Sleid. *d. Stat. Relig. & Reipubl. L. 20. p. 352.* Maximilianus II. Imperator Augustum Electorem Saxoniam in Comitibus Augustanis anno 1566. Rudolphus II. Ernestum Electorem Coloniensem in Comitibus Ratisbonensibus 1544. Matthias Imperator Electores Trevirenses & Coloniensem in Comitibus Ratisbonensibus 1613. solenni ritu investivit. De Friderici Electoris Palatini Investitura, in Comitibus Augustanis anno 1559. peracta vid. Goldast. in *Reichshandlungen p. 190.* Et Solennitates in Maximiliani Bavariæ Ducis Investitura quæ facta à Ferdinando II. Imperatore. Ratisbonæ anno 1623. de Electoratu Palatino exhibet. Limn. *Tom. 1. Addit. ad L. 4. c. 7. n. 23. p. 439.*

19 Postquam autem Comitibus rarius haberi cœperunt, ne Principes tempore annali, Investituræ petenda præfinito, afficerentur damno, receptum Investituras quoque fieri hodie in Aula Cæsarea & quidem frequentius, & si sint Majora Feuda Principatum vel Ducatum, Imperator ipse in persona præfens Investituram peragit, Comitatum vero ac Baronatum per Consiliarios Imperii. Reink. *d. R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 16. n. 29.* Limn. *ad Jus P. L. 4. c. 7. n. 24.* Carpz. *ad L. Reg. c. 10. Sect. 9. n. 15.* Limitationem adducit Myler. *d. Stat. Imperii. c. 91. n. 8.*

20 De Jure feudali Communi Dominus non adstringitur ut ipse feuda & investituram in propria persona præfens conferat, sed hoc etiam per Procuratorem facere potest, nulla feudorum observata distinctione. 2. *Feud. 3. §. 1. vers. Sed utrum* & 2. *Feud. 58. §. 1. Item Investitura.* Sive procurator specialiter ad id sit constitutus, sive liberam à Domino habeat concessam alienandi potestatem *l. 60. §. f. ff. Mandat. Struv. d. Feud. c. 5. sb. 3. n. 5.* Rosenthal. *d. Feud. c. 3. concl. 91. n. 3.* Modo tamen id faciat Procurator cum utilitate Domini Vultej. *d. Feud. L. 1. c. 3. n. 2.* Schrad. *P. 4. c. 1. n. 96.* Hic enim cum bona permutare possit, *l. 58. ff. de Procurat. item alienare, l. 9. §. 4. ff. de*

A. R.

A. R. D. Procul dubio & infeudare potest, cum plus sit alienare ac simpliciter transferre, quam in feudum dare. Rosenthal *c. 8. conc. 9.* Procurator etiam qui habet mandatum cum libera antiqui feudi Investituræ renovationem dare potest, sed de feudo novo novam Investituram concedere nequit, nisi ad hoc habeat à Domino speciale mandatum, sc. ut de novo concedat feudum. *arg. l. Procurator totorum l. Mandato generali. ff. d. Procurat.* Ratio quia infeudare de novo est rem domini quasi donare, quæ potestas donandi in generali mandato cum libera non videtur concessa Schneidewien. *in Epit. Feud. P. 3. n. 88.* Rosenthal. *c. 3. conc. 9. n. 6.* Unde etiam Principes nostri rarò in persona præsentis, sed plerumque per Cancellarium, vel alium cui id specialiter mandatum, Vasallis suis feudorum suorum Investituras concedunt Wesenbec. *d. Feud. c. 8. n. 12.* Nonnullibi locorum Minister, ut de Feudis nomine Principis vasallos investiat singulariter constituitur, quem vocant Præpositum Feudorum den Lehn-Probst. Struv. *d. Feud. c. 8. th. 5. n. 5.* Tradunt autem nonnulli in Imperio nostro hanc observantiam fallere in Feudis Regalibus, Ducatibus sc. & Principatibus, quod illorum Investituram Imperator non possit per Procuratorem concedere, sed debeat præsens expedire. *per A. B. c. 5.* quoniam ibi potestas de feudis his Regalibus investiendi dempta sit Vicariis, qui tamen sint quasi Cæsaris Procuratores. Verum hæc exceptio nullius videtur momenti, utut enim Majorum istorum feudorum Collationem sibi reservaverint Imperatores respectu Vicariorum, eamque si præsentis in Imperio sint plerumque ipsi peragant, attamen inde non sequitur, illos non posse etiam si velint, Procuratorem constituere in Investitura feudorum Regalium, cum experientia aliud doceat, & *in R. J. d. anno 1521.* contrarium inveniatur, ibi enim dicitur §. und sollen wir: Alsdenn sollen und wollen wir hierauff Befehl thun / an unser Stadt solche Regalten / wie sich & gebühret zu verleihen. *vid. Schutz. vol. 1. Diss. 6. th. 26. Lit. K. Limn. d. Jure P. L. 4. c. 7. n. 25.* Manet itaque ex prædictis uti de Jure Feud. Com. omnis Dominus ita etiam Imperatorem

sine ulla feudi destinatione per Procuratorum Investituram, concedere posse, si velit. Myler. *d. Princip. & Stat. P. 3 c. 93. n. 8.*

Ex parte etiam eorum qui investiri desiderant, Procurator admittitur, quemadmodum antea de Domino dictum, ita
 26 ut non semper teneantur præsentes accipere Investituram. 2.
Feud. 3. §. 1. vers. sed. utrum Schneidewin in Epit. feud. P. 3.
 27 *n. 107. & P. 5. n. 13.* Multi quidem existimant ne Procuratorem
 quidem cum speciali mandato ad hanc accipiendam mitti posse,
 sed volunt vasallum devinctum esse præsentem in persona
 comparere, nisi dominus consentiat hanc per Procuratorem
 fieri, tunc enim eum Vasallus mittere posset. Verum quoniam
 textus clarus repugnat, & actus ferè omnes paucis exceptis, à
 Procuratore cum peculiari mandato ad illos constituto expediri
 possunt, indifferenter, Domino etiam invito, Procuratorem
 cum speciali mandato admittendum esse putat Rosenthal.
cap. 6. conc. 37. n. 5. Habere itaque debet Procurator
 mandatum speciale ad hunc actum. Schneidwin. *d. l. n. 107.*
 Et potest insuper præstare Juramentum fidelitatis nomine sui
 28 Principalis Rosenthal. *c. 6. conc. 37.* Idem quoque obtinet in
 Principibus Imperii nostri, nam & hi non tenentur præcise
 Investituram in propria persona præsentes accipere, sed impetrare
 eam possunt per Procuratorem. Arnif. *d. Jur. Majest. L. 1. c. 5. n. 9.*
 Qui etiam Juramentum fidelitatis præstat. Rosenthal, *d. Feud. c. 6. conc. 37.*
 Modo Procurator speciale mandatum ad hunc actum in aula Cæsaris exhibeat. Schraderus.
d. Feud. P. 6. c. 4. n. 31. Myler. *d. Princip. & Stat. P. 3. c. 92. n.*
 29 *7.* Klock. *vol. 2. Conf. 18. n. 1.* Secus quam in Gallia, nam
 ibi ad hunc actum Vasalli præsentia absolute requiritur, nisi
 justa causa eum impediat, aut Dominus consenserit. Molina:
 30 *in Consuet. Parisiens. Tit. 1. §. 89. n. 1. seqq.* Sic Philippus
 Archidux Austriae anno 1499. Juramentum fidelitatis ratione
 Flandriae præsens Jurare coactus fuit Attrebatii in manus Cancellarii.
 Primi ex Normannis Calabriae & Apuliae Duces semper præsentes
 in persona Pontificibus homagium fecerunt, Platina *in Nicol. II. & Gregor. VII.* Nec hodie in Electoratu
 31 Saxo-

Saxoniae, vel ditionibus aliorum Saxoniae Ducum, licet Vafallis per Procuratorem Investituram recipere, & Juramentum fidelitatis Jurare, sed praesentes in persona hunc actum celebrare debent, nisi sufficientem & legitimam absentiae suae causam producere possint. Finckelthaus *d. Feud. Diss. 7. tb. 21.* In Imperio vero nostro haec libertas uti de Jure communi Feud Prin- 32
cipibus relicta est, nam hi quotidie per Procuratores suos Investituras Terrarum suarum ab Imperatore impetrant, & per illos quoque Juramentum fidelitatis praestant, quo nihil frequentius, & rarissime hodie contingit, quod ipsi praesentes Investituram suscipiant. conf. Carpzov. *ad L. Reg. Cap. 10. Sect. 9. n. 16.* Schutz. *vol. 1. Diss. 6. tb. 26. Lit. K. in f.* Sic in Co- 33
mitiis Ratisbonensibus Fridericus Elector Palatinus Electoratus sui Investituram recepit per Legatum suum Baronem Donanum Rittershus. *in Part. feud. L. 1. cap. 9. qu. 8.* Johannes Georgius II. quoque anno 1660. d. 31. Maji Investituram Electoratus Saxonici per Legatum obtinuit, & reliqui Principes Saxonici. Leopoldus Wilhelmus Dux Wirtenbergicus anno 1659. Investitus fuit de Principali Comitatu Mompelgardensi, cum ad eum actum misisset Legatum & Procuratorem suum Mylerum ab Ehrenbach prout ipse testatur in *Tr. d. Princip. & Stat. P. 3. cap. 91. n. 8.* Imo plurima adhuc exempla in promptu sunt, quae tamen brevitatis causa praetereo, experientia enim quotidiana hoc unicuique satis suppeditabit. Legatus tamen vel Procurator hodie 34
Principalis sui absentiam modeste excusat, quod de recepta consuetudine est. vid. Dnus Praeses *in Exam. Jur. Feud. c. 12. qu. 22 & in Append. n. 1. pag. 344.* Et cum Investituram accepit, nomine quoque non praesentis Principalis Juramentum fidelitatis praestat, cum ad hoc singulari mandato sit instructus, nam hoc requiritur. Schrader. *d. Feud. P. 2. c. 4. n. 31.* Et tum non simpliciter jurat, sed in animam Do- 35
mini sui, *In die Seele und Gewissen seines Principalen Myler. d. l. c. 92. n. 8.* Finckelthaus *d. Feud. Diss. 7. tb. 21.* Struv. *Cap. 8. tb. 6. n. 5.* Mandatum enim hoc praesupponit, Do-
minum

minum Jurantem hoc scripto in propriam animam jurasse. Rosenth. *d. Feud. c. 6. Conc. 37. lit. E.* Reverentiam & Solennitates quas Procurator & Legatus ad Investituram petendam missus Imperatori exhibere tenetur vid. apud. Arum. *d. Comit. cap. 8. n. 73.* & Limn. *Tom. 1. Ad lit. ad L. 4. Cap. 7. n. 23. pag. 429. seqq.* Si Imperator autem propter Justas & urgentes causas præsentiam Principis Investituram petentis desideraret, teneretur utique personaliter Comparere, nisi & ipse causas graves & relevantes allegaret quare venire non posset. Klock. *vol. 2. Conf. 18. n. 30. seqq.* Rosenthal. *c. 6. conc. 37. n. 5.* Aut enim Justam causam allegat Dominus cur præsentiam velit & audiendus, Aut Vasallus Justam causam adducit se non præsentandi personaliter, & similiter audiendus, dicente Schrader. *P. 6. cap. 4. n. 35. & Conf. 17. n. 17. vol. 1. conf. Rittersh. L. 1. c. 9. qu. 5. Carpzov. ad L. Reg. Cap. 10. Sect. 9. n. 17. Limn. d. Jure P. L. 4 cap. 7. n. 26. Struv. d. Feud. Cap. 2. tb. 6. n. 5.*

Si Vasallus de Feudo Investitus sit, tenetur Seniori præstare servitia militaria de illo, quando requiruntur, quid autem dicendum An illa tenetur præstare in persona præsens, an vero substitutum misisse sufficit? Regulariter quoniam hæc officia & servitia militaria inhærent personæ, per substitutum peragi nequeunt. *arg. c. Imperialis 2. Feud. 52. & 55. Schrader. d. Feud. P. 6. n. 49. Myler. d. Princip. & Stat. P. 3, c. 98 n. 7.* Aliquando tamen ex voluntate ipsius Domini vel ob justa impedimenta Substitutus admittitur. Ipse autem Senior vel Dominus si expresse hoc permittat vasallo, res clara est, nonnunquam vero & hoc fit tacite, quando personæ, vel ob sexum, vel conditionem, vel corporis vitium ad servitia militaria inhabili feudum tribuit, tum enim consensisse præsumitur ut per Substitutum vasallus serviat. Rosenthal. *d. Feud. c. 8. Conc. 22. n. 6. Struv. d. Feud. c. 11. tb. 6. n. 1.* Si Justis quoque impedimentis vasallus detineatur, Substitutum Dominus tenetur accipere. *2. F. 55.* hæc autem varia sunt. v. gr. si Vasallus ejus sit ætatis, ut nequeat ipse præsens in persona

fona servitium obire, ut Infans, pupillus. *§ c. 2. Feud. 16. §. si quis*
decesserit. Si conditio Vasalli non permittat, ut ipse praesens
 serviat, e. gr. si singularis dignitatis titulo insigniatur.
Rosenthal Cap. 8. Conc. 22. n. ult. Si vasallus laboret morbo
 fontico vel alia corporis infirmitate, ut etiam propriis rebus in-
 teresse nequeat. *Struv. c. 8. tb. 6. n. 3.* His & pluribus aliis
 casibus potest vasallus per substitutum servitia exhibere, modo
 is Domino sit acceptabilis, vel idoneus ad servitia. *2. Feud.*
55. §. firmiter verb. Acceptabilem. Si autem controversiade ido-
 neitate Substituti incidat, tum id boni viri arbitrato discer-
 nendum erit. *Schrader. d. Feud. P. 6. c. 6. n. 45.* Domi-
 num tamen non nimis severum aut delicatum esse, nec vasal-
 lum vilem aut inidoneum mittere debere, bene monet Rosen-
 thal, *d. Feud. cap. 8. conc. 23. n. 5.* Principes quoque Impe- 40
 perii nostri haec similiter observant, & praestant quidem Va-
 sallitica sua servitia nonnunquam Imperio Hostenditiis h. e.
 solvendo contributiones Imperii, *Klock d. Contrib. c. 1. n.*
266. si militaris opera personaliter non exigatur, aut in per-
 sona propter impedimentum praestari nequeat, Si autem Im- 41
 perator exigat propter Justas causas ut praesentes operam Im-
 perio praestent, ad id utique obligantur, praesertim si publ.
 utilitas id exigat, nisi justis impedimentis fuerint detenti.
Mylerus ab Ehrenbach d. Princ. & Stat. cap. 98. §. 7. Impri- 42
 mis vero illi Principes praesentia sua Imperatori & Imperio
 adesse debent, qui sunt, vel magni consilii, vel fortitudine,
 & potentia celebres, hoc enim casu substitutus non aeque
 foret idoneus & acceptus. *Rosenthal. cap. 8. conc. 23. n. 6.*
 Olim quoque Imperii Vasalli ab Imperatore vocati ei in per- 43
 sona praesentes assistere adstricti erant, sub poena amissionis
 feudi, uti habet Const. Caroli III. Imperatoris apud Goldast.
Const. Imperial. pag. 207. *Lehmann. in Chron-Spir. L. 2. C.*
41. Galliae LL. adhuc hodie maxime Principes & Nobiles
 adstringunt, ut requisiti praesentes compareant, & Regi servi- 44
 tia militaria praestent. *Choppin. L. 2. LL. Andegav. P. 1.*
tit. 30

III CAP. VI. DE JURE PRÆS. CIRCA IMPERII FEUDA.

tit. 3. Similiter constitutum in Regno Hispaniæ, quod Ma-
45 gnates tempore belli cum suis militibus, Regem in persona
præsentes sequi, & latus ejus tegere teneantur. Idem quoque
Jus observatur in Regno utriusque Siciliae vid. Don. Garf. Ma-
strill. d. Magistr. L. 1. cap. 29. n. 14. seqq. & ex eo Myler. d.
Princip. & Stat. c. 98. n. 8. Atque hic pedem figo, rerum
omnium Moderatori gratias animitus fundens, pro conces-
sis ad hunc laborem animi & corporis viribus, cui etiam
uti ante hac, ita & in posterum me, measque actiones,
& Studia humillime & commendo
& dedico.

F I N I S.



Handwritten blue ink scribble or signature.

1717

Handwritten blue ink notes in the left margin, including the number 45 and other illegible characters.





1017

fe
pa
co
li
fu
de
ra
po
ac
N
to
be
sp
In
p
o
v
h
fi
v
D

